

Werk

Titel: Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

Autor: Bakius, Reinhardus

Verlag: Lungius; Schmidius

Ort: Lübeck; Schleusingae

Jahr: 1640

Kollektion: VD17-nova

Werk Id: PPN616188471

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471> | LOG_0018

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Christi statura.

Magister perfectus in omnibus : partim autem idè staturâ crevit & ætate, quia significare voluit, tenella infantulorum corpuscula sibi curæ esse seque quotidiano corporum incremento benedicere. Ex literis verò Lentuli ad Senatum Romanum constat, staturam CHRISTI absolutam fuisse trium ulnarum cum dimidia, demta duorum digitorum latitudine, vierdhalb Elen weniger zweente Finger breit. III. Crevisse dicitur CHRISTUS gratia apud Deum & homines, non modò gratus fuit hominibus, verùm palam etiam intelligebatur, illum Deo quoq; peculiariter acceptum esse, Hunn. in method. conc. ¶ *Vinam verò & nos proficiamus sapientiâ, in verbi auditu: pietate in honorum operum cursu: patientia in cruce, adeoq; virtutibus ac bonis operibus omnibus, quibus nos auget* CHRISTUS JESUS, qui cum PATRE & SPIRITU SANCTO regnat, DEUS, AMEN.

Dominica II. post Epiphanian :

Evangelium, Joh. 2.

In die tertiâ Nuptiæ fiebant in Cana Galilææ, & erat mater Jesu ibi, Vocatus est autem & Jesus, ac Discipuli eius ad nuptias. Et ubi defecisset Vinum, dicit mater Jesu ad eum, Vinum non habent, Dicit ei Jesus: Quid mihi tecum est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumq; dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapidea hydria sex posita, secundum purificationem Judeorum, capientes singula me-

la metretas, binas aut ternas. Dicit eis Jesus: Im-
 plete hydrias aquâ, Et impleverunt eas usq; ad
 summum: Et dicit eis, infundite nunc, & ferte
 architriclino, & attulerunt: Postquam autem
 gustasset architriclinus aquam in vinum ver-
 sam, neq; sciret unde esset, sed ministri sciebant,
 qui hauserant aquam, vocat Sponsum & dicit
 ei: Omnis homo primo loco bonum vinum ponit,
 & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius
 est. Tu servasti bonum vinum usq; ad hoc tem-
 pus. Hoc edidit initium signorum Jesus in Cana
 Galilae, & manifesta vit gloriam suam. Et cre-
 diderunt in eum Discipuli eius.



D Paulus 2. Cor. 5. v. 17. dicit: Antiqua prae-
 rierunt & nova facta sunt omnia. Ex quibus verbis qui-
 dam Hierax, teste Augustino hæres. 40. conclusit, in
 veteri quidem legē fas fuisse contrahere matrimo-
 nium, idq; ob populi Israelitici multiplicationem,
 cum ex eo nasci deberet Messias: in novo autem
 Testamento aliam esse rationem, & jam post Chri-
 sti Servatoris adventum inire matrimonium licere nemini, nec ullum
 illorum qui conjugii nodo copulati vel sint vel fuerint, coeli gloriâ po-
 titurum. Sed in N. etiam T. conjugium honorabile omnino esse & di-
 vinum, hoc probat. I. ordinis hujus sanctitas, quæ à sanctitate DEI de-
 pendet. Jam verò & in V. & in N. Testamento Deus sanctus manet, er-
 go. Videantur dicta, Rom. 7. v. 3. 1. Cor. 7. v. 39. Heb. 13. v. 4. II. Quia
 Christus in N. etiam T. ad primævam conjugii institutionem recurrit,

unde satis liquet, & veteris & novæ legis sanctionem esse, Matth. 19. v. 4. & seqq. III. Adest Christus ipse N. T. nuptiis & primo eas miraculo exornat, si verò thoro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam eas signorum suorum initiis consecrare Dominus voluisset, Beda.

Latitia Christus dignatus adesse jugali

Esse sibi curæ tale probavit opus.

Exord. 2.

II. Luc. 10. v. 19. legimus in uno contubernio pacificè vixisse ac habitasse, *Lazarum* Bethaniensem, *Martham*, & *Mariam* sorores ejus: Ad quos quidem homines, pientissimos sanè, ut Christus Servator in diebus carnis aliquoties divertebatur, ita jucundo quodam speculo & speculo illi repræsentarunt statum, & *Politicum*, & *Ecclesiasticum* & *Domesticum*. Lazarus, ut dulcissimæ illius Oeconomix caput & Dominus, imago est *status Politici*, cujus sorores quasi sunt, & *Maria*, & *Martha*, hoc est *Ecclesiasticus* & *Oeconomicus* ordo, qui Magistratus politici opè, consilio & auxilio utrinq; indigent, juxta illud Propheticum: *Erunt reges nutritii tui, & regina nutrices tua*, Esa. 49. v. 23. Maria autem, devotissima Lazari soror statum depingebat *Ecclesiasticum*, qui merito Christi pedibus humiliter affidet, devotè eum audit, optimam partem eligit, & omnibus inculcat illud Servatoris: *Unicum necessariam est, quærere primum regnum Dei & justitiam ejus, &c.* Matth. 6. v. 33. Martha tandem sollicita statum figurat *Oeconomicum*, in quo discurrere, sollicitum esse, & honesti quid operari manibus, Christianos decet, juxta illud: *Labores manuum tuarum manducabis & benè tibi erit*, Psal. 128. v. 2. Summatim, si Lazarus, Maria & Martha, *Politicus*, *Ecclesiasticus* & *domesticus* status, ceu sorores, suaviter conspirent, & attendant tritum illud: *Tu supplex ora, tu protege, tuq; labora*, tunc omni procul dubio Christum & amicum habebunt & Hospitem, cum verum sit Davidicum illud: *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum, quoniam illic promittit Dominus vitam & benedictionem usq; in seculum*, Psal. 133. Comprobant hæc omnia hujus temporis Evangelia admodum jucunda, in *infantia* enim sua Lazarum quasi Dominus visitat, h. e. *statum consecrat politicum* in Magis Orientalibus, qui viri erant politici ex quibus non rarò Persarum Reges & Principes eligebantur, Matth. 2. In *pueritia* autem sua visitat Dominus Mariam h. e. *statum Ecclesiasticum*, in Theologis Hierosolymitanis, quos quærèdo & respondendo nuper

nuper exercebat, Luc. 2. hodie autem Dominus in virili sua etate visitat Martham vel ordinem domesticum in Nuptiis Canæ celebratis, Johan. 2. sicque hoc tempore, quæ Epiphania rectissime dicitur, gratia Dei, in Christo, omnibus omnium ordinum hominibus verè apparuit, Tit. 2. v. 11. III. Vel assumas dictum cœlestis sponsi dicentis: *Pulchra es amica mea ut Luna, electa ut Sol, at terribilis ut acies castrorum ordinata*, Cant. 6. v. 9. quibus verbis, sicut Ecclesia in his terris militans confertur: *Aciei ordinata*, einem gar richtigem vnd sein ordentlich disponirtem Feldlager oder Kriegsheer, ita concinnus sanè ordo observandus est, in tribus illis castris *Politici, Ecclesiastici & Oeconomici status*, ubi talis ordinata occurrit acies: Prodest politicus status *ad defensionem*, Ecclesiasticus *ad salutem vel salvationem*, Oeconomicus *ad generis humani Propagationem*: Opponitur status Ecclesiasticus *variis heresibus*, Politicus *tyrannicis oppressionibus domesticis vagis libidinibus*: Reperiuntur in Ecclesiastico statu *Orantes*, in domestico *Arantes*, in Politico *pugnantes*: Vexilla quasi & insignia sunt, status Ecclesiastici *Tabule Moysi*, Politici *Virga Aaronis*, domestici verò *Manna vasculum*, quæ omnia Deus gratiæ suæ alis obumbrat, ut Cherubim Arcam, Exod. 25. v. 20. En tibi aciem castrorum Ecclesiæ militantis bellè ordinatam! Si autem porrò quæras, quis hujus aciei horumq; castrorum Dux sit & Capitaneus, respondent hujus temporis jucunda Evangelia esse Christum Servatorem, qui in Magis Perficis Castrum FORI firmavit infans, in Theologis Hierosolymitanis solidavit castrum CHORI duodennis puer, in nuptiis autem Cananæis THORI aciem vir triginta annorum usq; adeo fundavit, ut deinceps portæ etiam inferorum tria hæc castra superare & evertere non valeant, Matth. 16. IV. *Opera Domini magna sunt & omnis ejus ordinatio jucunda*, inquit David, Ps. 111. v. 2. jam verò extra omnem dubitationis aleam positum est, Conjugium etiam esse Dei opus & ordinationem, indeq; ordinationem omninò jucundam, id quod facilimè probari potest. *Annon jucundum* quod institutum conjugium est in Paradiso, pulcherrimo illo & amœnissimo loco, etiam ante lapsum, cum nihil mali in natura, Gen. 2. *Annon jucundum*, quod divinitus servatum est conjugium, toto mundo pereunte in diluvio, ubi Noë arcam non juvenes vel virgines, sed conjuges inhabitaverunt, Gen. 7. *Annon jucundum*, quod hunc ordinem ab angelis etiam adjutum & promotum legimus, Gen. 24. Tob. 7. *annon jucundum*, quod ipse Deus Abrahami thorum immaculatum bis tutatus est?

Exord. 3.

Exord. 4.

Gen.

Gen. 12. & 20. *annon jucundum* quod Deus in V. T. peculiaria novis nuptis concessit privilegia? Deut. 20. *annon jucundum* quod thorus maritalis in lege septus est tertio, quarto, sexto, & decimo præceptis, adeoque totâ ferè secundâ tabulâ? *annon jucundum* quod David in conjugii honorem videtur conscripsisse Psalmos, 45. 127. & 128? *annon jucundum* quod Spiritus S. per Salamonem & Syraciden pios conjuges summis evehit laudibus? Prov. 31. Syr. 25. 26. In Novo autem Testamento, *annon jucundum*, quod Christus nascitur ex Virgine desponsata & conjugio destinata? Luc. 2. *annon jucundum* quod Christus aliquoties sponsus dicitur, Matth. 22. Joh. 3. & c. *annon jucundum*, quod Servator noster suavissimè osculatur parvulos ex legitimo thoro natos, Marc. 10. *annon jucundum*, quod Conjugium adversus Pharissæos strenuè à Christo defenditur? Matth. 19. imò *annon jucundum est*, quod conjugium D. Paulo *Mysterium magnum est*, Eph. 5. & dicatur illi doctrinas docere demoniorum, qui nubere prohibent, 1. Tim. 4. & c. Attamen in hodierno Evang. quod ipse Christus nuptiis adest, & in illis primum edit miraculum, suam manifestans gloriam, hoc thoro legitimo talem & tantam conciliat tum majestatem, tum sanctitatem, tum jucunditatem, ut cum psalte regio non immerito hic exclames: *Opera Domini magna sunt & omnis ordinatio ejus suavis ac jucunda, & c.*

Et die tertiâ.] τῆς ἡμέρας τῆς τρίτης: Salmeron ex articulo τῆς bis repetito colligit, diem fuisse singularem & maximè insignem, quo nuptiæ hæc sint celebratæ: imò August. serm. 54. de temp. hunc diem *Dominicum* fuisse affirmat. Quid autem per diem illum tertium? Epiphanius. *Ἐπι τῶν ἀνοήτων* intelligit diem *septimanæ tertium*, qui hodie Martis dies nominatur. Faber Stapulensis putat diem hunc tertium numerari à Sabbatho, nam in Sabbatho non celebrabant Judæi nuptias, ob varia ministeria, quæ nuptiale aliquod convivium requirit, nec die Sabbathum insequente celebratæ sunt nuptiæ, quia ad tales festivitates necessaria in Sabbatho præcedente non poterant parari, unde in *tertium diem* relictas à Judæis fuisse nuptias Salmeron existimat. Sed Chemnitius rectè monet dies *Septimanæ* à Judæis dictos, non simpliciter: *primam, secundam, tertiam*, sed primam Sabbathorum, secundam Sabbathorum, & c. adhuc hodierni Judæi nuptias suas libentissimè celebrant in Sabbatho, ut videlicet concubitus Sabbathinæ noctis eò sit fortunatior, & tanto major honor Sabbatho exhibeatur, cum illud propterea *Sponsa* nominatur,

Quis tertius dies, post quem Cananaa facta nuptia.

netur, & putant Judæi infantcs Sabbati nocte conceptos & *fortunatos* esse & fieri omnes *Thalmide Chachamim*, sublimiter sapientes & Sanctos. Buxtorff. Syn. Jud. c. 10. Hugo per diem tertium intelligit 6. *Januarii*, qui ideò dictus sit Tertius, quod tria miracula diversis temporibus in eo contigerint, cum Christus hoc die adoratus sit à Magis, unde dictus ille: dies *Epiphaniæ*, cum hoc die baptizatus sit in Jordane, unde dictus ille: dies *Theophaniæ*, cumq; hoc die aquam in vinum transmutarit, unde dictus ille à domo: dies *Bethphaniæ*. Sed alii quartum etiam addunt miraculum 6. Jan. factum, videlicet saturationem 3000. virorum, unde dictus ille: dies *Phagophaniæ*, proinde ne huic astipulari sententiæ poterimus. Origenes intelligit per diem tertium illum, quo à Baptisterio Joannis in Galilæam venit Christus, & respondet hæc sententia supputationi itineris. Relictâ enim Bethabara, per Galilæam Dominus iter fecit miliarum 13, quod quia biduo confici non potuit, ideò Dominus die 3. satis maturè in Galilæam venit & nuptias hoc ipso die celebratas adiit, quam sententiam Dn. Chemnitius vocat *simplicissimam*, Harm. c. 26. p. 98. Alii priores duos dies assignant concioni Joannis, qui die uno & altero (ut ex collatione versuum 36. & 44. præcedentis capitis patet) dixit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata Mundi, tertio autem sequente celebratas esse nuptias, & quidem circa finem Februarii, ut habet Phil. Mel. Tom. in Joh. 3. f. 628. Tandem, cum Lyrano, multi putant, per diem tertium hîc intelligi illum, qui vocationem Philippi & Nathanaelis triduo est secutus, illi enim promiserat Christus fore, *ut majora ederentur miracula*, quibus in eum credentes confirmandi, Joh. 1. v. 50. Triduo itaq; post secutum est hoc miraculum, cui Nathanael, quippe Cananæus, procul dubio interfuit, & in fide sua non parum confirmatus est, consentit *Hunn. in Joh.* & judicium hic meritò cuiq; liberum relinquimus. ¶ Observemus hic I. jucundas Antiquitatis allegorias, cum *Glossa Ordin.* tres dies ita explicet, ut per primam intelligat, *tempus Patriarcharum ante legem*: per secundam, *tempus Prophetarum sub lege*, per tertiam verò, *tempus gratiæ & N. T.* cum ad agni nuptias invitati simus, *ante legem Patriarcharum exemplis: sub lege Prophetarum scriptis: sub gratia autem Evangelistarum præconiis, ubi Christus tertia quasi diei luce mundo refulsit & in carne natus apparuit*, Beda. Velut alii de tertio mundi millenario loquuntur: Nuptiæ Christi & Ecclesiæ Sponsæ factæ sunt die tertia, in fine tertii millenarii mundi: quot enim diebus factus est

*Allegoria tertii
diei.*

Etus est hic mundus, tot etiam millenis annis consummatur, Ergò qui in sole posuit tabernaculum suum, *is in fine tertii millenarii mundi tanquam Sponsus è thalamo suo procedens*, Psal. 19. *utero Maria virginis exultavit*, ut *Gigas ad currendam viam*, Major. Hom. 2. in hod. Evang. Dn. D. Georg. Mylius b. m. accommodabat tertium diem, ad salutare consilium de *maturandis nuptiis*. Et si enim honestatis causà inter Sponsalia & nuptias temporis aliquod intervallum interponi solet, ea etiam de causà, ut novorum conjugum animi firmiter coalescant amore mutuo: tamen interstitium illud ita moderandum suadebat dictus Dn. Mylius, ut *die tertio*, hoc est, non nihil maturius & paulo post sponsalia nuptiæ fierent, ne calumniatoribus ansa præbeatur serendi diffidia inter personas copulandas, exempla nota sunt, Gen. 24. v. 33. Ruth. 3. v. 18. ¶ II. Observemus, quàm fuerit Christus post susceptum Ministerii munus *sedulus & diligens*. Jejunio sese in deserto exercuit: hinc mox eligere cepit discipulos, eosq; hoc miraculo Cananæo statim confirmavit: *paucis hæc facta sunt & continuis diebus*, quia idem & nobis faciendum:

Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit,

Non decet ignavum præterisse diem,

ut Artifex ille dixit.

Factæ sunt Nuptiæ.] Græcè γάμος, Syrus reddidit non Nuptias, sed מֵשֶׁחֶתּוּחַ Mefchethutha, *Convivium* unde nonnulli distinguunt inter γάμον καὶ Νύμφεσσιον, Νύμφεσσιον dicunt convivium desponsationis, das Mahl *Chelicher Vertrawung* / Cant. 3. v. 11. γάμον autem dicunt convivium, quando sponsa ad sponsum introducitur, & sponsum ad sponsam ingreditur, Das Mahl der *Heimfahrt* oder *Cheliches Beylagers* / Gen. 29. v. 2. Esth. 2. v. 18. Interesse itaq; voluit Christus, non tantum desponsationi, sed & convivio, quod conjugalis copula & congressus proximè insequeretur, hoc pacto honoraturus, non modò *nuptialem pompam*, sed & *ipsum cubile* conjugii, Heb. 13. v. 4. imò, ex hac distinctione confutari potest *Traditio illa de Joanne*, qui his in nuptiis sponsum, per Christum à conjugio jam tum cœpto fuerit retractus, ut postea audiemus. Unde autem *nuptiæ*? Cypræus l. 2. de jure Conub. c. 1. §. 1. putat nuptias dici, ab Hebræo: כֵּן, *Noß, germinavit, fructificavit*, quia præcipuus conjugii finis est liberorum generatio: Attamen nuptias à *nubendo* h. e. velando vel obtegendo dictas certum est, unde

Jacob

Sedulissimus in mandato mittere.

Nuptia nudo dicitur.

Jacob à Labano deceptus, Gen. 29. ¶ Observemus hic I. Ex veteribus ponere nonnullos, Nuptias triplices, videlicet *in Natura, in Gratia & in Gloria*, Albert. Magnus in c. 12. L. Alii ponunt quadruplices 1. *Carnalis copulationis* inter virum & foeminam, Gen. 2. v. 24. 2. *Incarnationis*, ubi divina & humana naturæ in Christo junctæ, Cant. 3. v. 11. 3. *Dilectionis* inter Christum & Ecclesiam, vel inter Deum & fidelem animam, 1. Cor. 6. v. 17. 2. Cor. 11. v. 2. 4. *Eterna salvationis*, Apoc. 19. v. 7. ubi pro frigida ærumnosæ hujus vitæ aqua bibemus vinum in regno patris, Matth. 26. v. 29. Vinum vindemiæ defecata, Esa. 25. v. 6. Chemn. harm. c. 26. p. 108. Aliis nuptiæ videntur quintuplices, hinc faciunt conjugium, 1. *Mysticum*, 2. *Hypostaticum*, 3. *Ecclesiasticum*, 4. *Baptisticum*. 5. *æternum ac gloriosum*. In primo quando mas & foemina conveniunt Christi; erga Ecclesiam figurant amorem, talis copula dicitur MYSTERIUM, Eph. 5. v. 32. In secundo caput quasi carnis λόγος est, omnes suas proprietates carni λόγος communicat, indissolubilis est unio, tandemq; carnem in cœlum quasi domiducit, &c. In tertio amor reperitur mutuus inter Sponsam Christum & Sponsam Ecclesiam reperitur constans fides, reperitur bonorum communio, defensio, nec non compassio vel *ἰσχυρία* in tolerandis infirmitatibus Ecclesiæ, Ose. 2. v. 19. In quarto Christum indulmus, Gal. 3. v. 27. ὡς ἑσείαν accipimus, Joh. 1. v. 12. Arrha Spiritus S. traditur nobis, Eph. 1. v. 14. hæredes vitæ aternæ efficimur, Rom. 8. v. 18. Et tandem in 5. quod hic spe habemus, in Re tunc poscdebimus, &c. ¶ II. Observa: Nuptialis Convivii celebrationem esse antiquissimam, ut colligitur non tantum ex nostro Textu, sed & Gen. 24. v. 54. 29. v. 22. Jud. 14. v. 17. Tob. 8. v. 20. 9. v. 12. idem colligitur ex parabolis, Matth. 22. v. 2. 3. 4. Luc. 14. v. 8. Apoc. 19. v. 7. & 9. Chrysoft. hom. 12. in c. 4. Colofs. *Licet exhilarare nuptias, utpote lautis mensis & copiosis vestimentis, hæc non amputo, ne videar esse valde AGRESTIS*. Nos itaq; nuptias etiam celebramus, 1. Ob ritus hujus antiquitatem, jam demonstratam, 2. ob thori legitimi dignitatem, quæ requirit, ut honestum conjugium, per solennitates nuptiales, à clandestinis & Caninis impuro- rum hominum congressibus separetur. 3. ob publicam honestatem, cum convivæ nuptiales deinceps testari possint honestum & legitimum liberorum nostrorum ortum, 4. ob precum piorum hominum necessitatem, ideo enim boni invitantur ad nuptias, ut piis votis novos juvent conjuges. Tandemq; 5. ob rerum quæ nuptias sequuntur majestatem,

quam etiam Demosthenes vidit, hinc ait in orat. in Oenotor. *Nuptias celebramus & maxime necessarios invitamus, quod hic non levis res agatur, sed vita sororum & filiarum aliena fidei committitur, quæ ut in tuto collocetur, summa cura providemus. Quid quod presentia Patris, Matris, & aliorum cognatorum testatur de illorum consensu, quorum interest,* hinc in nonnullis locis non modo Sponsa à parente in thorum Sponso adducitur, sed ipsa etiam Mater propius accedit, filiam suam Sponsam ornatu virginali privat, & pectus ei propriis imponit manibus, sicq; filiam potestati mariti ipsa tradit. Celebrandæ itaq; sunt Nuptiæ, sed meminerint tamen Conviviæ nuptiales illius, quod Tob. 7. v. 17. & c. 8. v. 20. dicitur epulatos fuisse hospites *in timore Domini*, & de convivio Ahasveri, Est. 1. v. 8. quod nemo ad bibendum fuerit coactus, unde Chrysol. hom. 12. in c. 4. Coloss. nuptias quidem concedit, sed addit: *Omnia tamen oportet esse plena temperantiâ ac modestiâ, gravitate & honestate:* & in constitutione Ecclesiastica Electoris Augusti c. 13. fol. 329. severè præcipitur, *ne ante ingressum templi compotationes instituantur, neve superflui sumtus in nuptiis fiant, nec impudicæ Choroæ instituantur, &c.* Verè enim non Deo sed Diabolo nuptiæ in luxu plusquam Persico, in fastu plusquam Sybaritico, inq; crapulâ plusquam beluinâ institutæ, celebrantur, nec mirum conjugia minus felicem sortiri exitum, quæ à tam fœdo principio capiunt oxordium: Nostri certè Magdeburgenses Cent. II. c. 5. p. 294. de Henrico III. Imp. referunt, quod in nuptiis suis Ingelheimii celebratis prohibuerit, ne tibicinibus, mimis & scurris, quorum ingens turba confluxerat, cibi, vestes, pecunia aut alia darentur munera, sed ciborum reliquias pauperibus dari iussit.

In Canâ Galilææ.]Syrus pro Cana legit: *כנה קנה*, *Kone*, quod *agellum modicum* significare scribunt, et in *kleines Dorwerckle* / aliis (1.) Cana significat: *Lamentum seu lamentationem*, à ridicè *קנה* *Kun*, *lamentari*, vel *vocem in longum trahere*, ut solent lamentantes, & sic: *קנה קנה* diceretur quasi: *קנה קנה* *Kinah* *Lamentatio*. Aliis (2.) Cana significat *Zelum, Zifferstadt, Eiebestadt* / unde & Simon Cananæus dicitur: *Zelores*, Luc. 6. v. 15. à radice *קנה* *Zelare, amulari*, vel in bonum, vel in malum, inter conjuges autem semper in bonum. Aliis (3.) Cana dicitur: *Acquisitio vel possessio*, radix est *קנה*, idem quod Græcis *καταδου*, *emere, comparare sibi aliquid vel labore vel precio*: Tandemq; (4.) aliis dicitur Cana: *Canna vel*

Varia Cana notatio.

arundinetum, à calamis vel aromaticis vel arundineti, unde *Canna torrens*, Jos. 16. v. 8. *Kohrhofen* oder *Kohrbach* / wie jenes bey *Heydelberg* inquit *Saccus*. Ut enim multa vocabula sunt in omnibus linguis, Germanicâ, Ungarica, Latina, Græca, quæ ex Hebræa antiquissima illa oriuntur, sic & *Cana* tale videtur, in Hebr. enim קנה significat arundinem habentem internodia, ut Rabbi David testatur, in Latino *Canna* idem est, in germanico similiter notum: *Kanehl* / cinnamomus vel *canna aromatica*, *ist ein reches Kohrgetwechse*. Ponitur autem ut plurimum *Cana duplex*: alia *Major*, quæ in Syrophœnicia *Sareptam* versus inter *Tyrum* & *Sydonem* sita: alia *Minor* sita in *Galilæa inferiori*, à *Capernaum* miliaribus quatuor, Joh. 4. v. 4. à *Nazareth* intervallo mill. 2. ab urbe *Hierosolyma*, septentrionem versus mill. 17. *Simonis* & *Nathanaelis* patria, beyde *Cana* sollen von einander liegen. *Eulff Weis.* Sed *Dn. Chemnitius* *Canam* facit triplicem, primam ponit in tribu *Ephraim*, cujus mentio fiat, Jos. 16. v. 10. & inde colligit eam *Samaritæ* civitatem fuisse. Alteram collocat in tribu *Aser*, quæ describitur, Jos. 19. v. 28. & inde colligit fuisse civitatem *Phœnicia*, sive *Canam* majorem de qua supra. Tertiam verò nostram facit, cujus locus nunc monstratur quarto milliari à *Prolomaide* & dicatur hodie: *Arais* in tribu *Zebulon*. Imò addit *Chemnitius* *Josephum* *Canam* quandam (fortè quartam) ponere in *Cœlesyria* l. antiq. 15. c. 6. de bello *Jud.* l. 1. c. 14. Fertur autem nostra *Cana* à *Septentrione* adhærere monti rotundo ita, ut à meridie habeat planitiem fertillissimam, habitasse ibi post diluvium putatur *Noah*, primus ille *divotus*, qui vina admodum generosa posteris reliquit, der *Wein* des *Drts* war so köstlich als ein *Malvasier* / quod ad magnificentiam hujus miraculi facit, si enim illud vinum, quod ex aqua factum generosius fuit vino *Cananæ* o aliâs plusquam *Malvatico*, facile hinc colligitur, was für ein herrlicher Zehr vnd Edler Truncel diß müsse gewesen seyn. ¶ *Ob*serva hîc jucundas allegorias ex varia vocis *Canæ* significatione. Si enim *Cana* (1.) *Lamentum* est, *Alagorh* oder *Zammerthal* / pulchrè utiq; depingit hunc mundum, qui profectò vallis lamenti est & lachrymarum, & tamen nihilominus nuptiæ Christi cum Ecclesia in hac lachrymarum valle celebratæ sunt hodieq; celebrantur. Si autem (2.) *Cana* *Zelus* est, fortè non injucunda erunt *Radulphi Ardentis* verba, quæ ita habent: *Cana est Zelus, Galilæa interpretatur Transmigratio, hoc enim Zelo uxorem ducere debemus, non ut cum ea maneamus in luxuria, sed ut cum ea evitemus in-*

*Allegoria ex
voce Cana.*

mus luxuriam & transmigremus ad castitatem, spernamus vitia & transmigramus ad virtutes, spernamus terrena & transmigramus ad aeterna. Habent enim & nuptia castitatem suam, proinde peccant, qui non recto Zelo, sed propter libidinem, propter pulchritudinem, propter pecuniam uxorem ducunt. Si (3.) Cana significat emersionem vel acquisitionem, Rauffhausen / jucunda sane cogitatio est, Christum sibi Sponsam sanguine suo proprio emisse & acquisivisse, Eph. 5. v. 25. Act. 20. v. 28. adde typos sponsi Davidis, 2. Samuel. 18. & Simsonis sponsi, Jud. 14. v. 5. ut & Jacobi Gen. 29. quorum nemo tanto labore ac precio, quanto quidem Christus sponsam sibi acquisivit. Et tandem (4.) si *arundinetum* est Cana, pulchra certe sunt Dn. Phil. Melanth. verba: Ecclesia est arundinetum, quia habitat inter arundines, in politis ærumnosis & ruinosis, valde infirmis & squalidis, omnibus humanis munitionibus destituta, & tamen in hoc arundinetu nuptias celebrat, pascitur & defenditur à Christo, qui arundinera quasi statam non confringit, Esa. 42. v. 3.

Et mater Jesu erat ibi.] *Aderat illic*, ante filium scilicet, Syrus. unde conjectura surgit, non cum Domino matrem in Judæâ fuisse, sed mansisse in Nazareth, unde miliaribus duobus confectis facile ante Christum Cananæis adesse poterat. Veteres autem, ex multis circumstantiis, hinc colligunt vel Sponsum vel Sponsam ex Mariæ cognatione fuisse, 1. quia illa adest convivii aliis nondum vocatis, quia, 2. non discumbit sed ministrat & necessaria curat, quia 3. ex Cana in Capernaum cum Christo finitis hisce nuptiis descendunt non modò Mater, sed & Fratres, hoc est agnati Mariæ qui in Cana habitabant. Interim Josephi nulla fit mentio, quia à nativitate Christi ad has usq; nuptias 30. intercesserunt anni, dicitur Josephus anno 16. post Mariæ desponsationem mortuus, indeq; nec hinc nec alibi aut Mariæ aut Christi fratribus jungitur, Epiphani. hæc. 78. Quis autem Sponsus harum nuptiarum? Alii dicunt fuisse *Nathanaelem*, idq; fortassis idè, quod Cananeus ille dicitur, Joh. 1. v. 42. Alii Sponsum faciunt *Simonem Apostolum*, de quo postea in observationibus agemus. Alii autem harum nuptiarum Sponsum constituunt *Ioannem Evangelistam & Apostolum*, cujus Sponsa dicta sit, juxta Autorem vitæ Jesu: *Anachita*, juxta Antonium vero: *Maria Magdalena*, Christum vero has accessisse nuptias, ut *Ioannem nubere volentem de nuptiis revocaret*, ut loquitur Hieron. in præfat. Joh. ut ex fluctivaga nuptiarum tempestate erueret, dicente August. Prolog. in Joh. *Vt Veneris æstum*

Sponsus harum
nuptiarum
quis.

coercheret, juxta Bonaventuram, quem secutus est Mantuanus in notis illis versiculis:

Consobrinus eum Christus (sic fama) volentem

Nubere, cum lympham dulci mutavit iaccho.

Traxit ab incepto, venerisq; coercuit astum.

Credithoc Eccius in Postill. ideo dicit: Der Bräutigam auff dieser Hochzeit ist gewesen Joannes der Evangelist/ welchen Christus von der Hochzeit beruffen / do er hat Weiben wollen: de Sponsa autem tradunt, illam postea fuisse unam ex virginibus Deo consecratis, quæ cum Maria semper manserit, unde ortum apud Pontificios paradoxon: quod religionis causâ dirimere liceat matrimonium. Sed Dn. Chemnitius hoc commentum dicit execrandum, Saccus noster dicit ingens esse mendacium, etne grosse Lügen / in contumeliam tantummodo nuptiarum fabricatum & ad doctrinas Dæmoniorum pertinens, 1. Tim. 4. v. 1. nec difficilis est fabulæ hujus confutatio, cum (1.) veteres Joannem nunquam uxorem duxisse magno consensu doceant, cum (2.) Epiphanius Joannem hisce interfuisse nuptiis hæresi 51. omninò neget, cum (3.) Christus nec improbandi nec retractandi, sed potius confirmandi approbandiq; matrimonii causâ nuptias accesserit, cumq; (4.) religio vera statum conjugalem minimè tollat, sed non continere valentibus persuadeat potius & mandet, 1. Cor. 7. Noluit itaq; Spiritus sanctus sponso- rum in hoc. Evang. nomina exprimere ob rationes sequentes: ut (1.) sciamus quorumcunq; hominum conjugia, modo legitima, Deo placere, ut qui ἀπρωσπωλήπις. Ut (2.) non simus curiosi in iis, quæ ignorari citra salutis periculum possunt, utq; (3.) nos etiam conjugium veneremur, non ob cognationem vel personarum respectum, sed ex se & per se ut ordinationem divinam, quæ honorabilis esse debet & inter omnes, & in omnibus, Heb. 13. v. 4. Observemus hîc, I. Sacerdotibus sub Papatu conjugium malè interdici, existimat enim Nicephorus harum Nuptiarum sponsum fuisse Simeonem Apostolum, & fatetur Saccus noster omnes ferè circumstantias in eum quadrare, est enim Galileus: est Cananeus: est pius: est egenus: est Christi agnatus, Mariæ Jacobi matris Christi sororis filius, &c. quod si ita esset, qua conscientia dicunt Pontificii satius esse Sacerdoti, concubinas etiam aliquot alere, quam legitimo matrimonio sociari? fatetur certè Chrysoft. omnes Prophetas maritos fuisse, unjco Jeremia excepto: fatetur Ambros, omnes Apo- stolos.

*Nomina Spon-
sorum cur hîc
non expressa.*

*Clericis sub Pa-
pato malè con-
jugium inter-
dicitur.*

stolos fuisse uxoratos, Joanne & Paulo exceptis: fatetur Polycrates Epheſiorum doctor clariffimus, ſeptem ante ſe Epiſcopos in matrimonio vixiſſe, ſeque ipſum maritatum ſucceſſiſſe, Euseb. l. 5. c. 24. fatetur Paphnutius & in Synodo Nicena publicè fatetur, cum propria vivere uxore veram caſtita- tem eſſe, Euseb. l. 10. c. 4. imo ipſe Paulus fatetur & jubet Epiſcopum unius uxoris maritum eſſe debere, 1. Tim. 3. hinc illud ſomma in Papam *Calixtum*, poſt Hildebrandi mortem, conjugio Sacerdotibus interdicentem:

*O bone Calixte totus mundus perodit te,
Quondam Presbyteri poterant uxoribus uti,
Hac destruxisti, postquam tu Papa fuisti,*

Et de Innocentio interdictum illud confirmante dicebatur:

Prisciani regula penitens caſſatur.

*SACERDOS olim per HIC & HÆC declinatur,
Sed per HIC solummodo nunc articulatur,*

Cum per nostrum Praesulem HÆC amoveatur, &c.

Obſervent hinc II. Nupturientes regulas cum primis utiles & necessarias, I. certum eſt Canæ ſponſos fuiſſe utrinque; *probos ac pios*, aliàs enim nec Chriſtum pietatis fontem illi invitaffent, nec ille acceſſiſſet: Sectetur itaque nupturus ante omnia veram PIETATEM, quia nubere NOMINE, & ſplendidæ per matrimonium familiæ ſe ſociare, aliquid eſt: nubere OCVLIS, & ſolam ſponſi vel ſponſæ attendere formoſitatem aliquid eſt: quin nubere etiam MANIBUS, & divitiis per conjugii retia inhiare, aliquid eſt, ſed AURIBUS nubere & veram appetere in futura conjugè pietatem cum honeſtis moribus, hoc omnium optimum, cum pulchrum eſſe & delectabile eſſe nihil ſit, uxor autem quæ Dominum timet, illa laudetur, Prov. 31. v. 30. II. Certum eſt Sponſum & Sponſam utrinque; hinc *egenos* fuiſſe, ideo in mediis nuptiarum lætitiis hoc lamenti reſonat: *Vinum non habent*, Interim tamen in ſua egeſtate hi pergunt & matrimonium, Deo confiſi, contrahunt, eo confundentes multos ex ditioribus, qui impuro coelibatu, ob quam nescio pariſimoniam vel ſorditiem potius, delectantur magis quam conjugio honeſto, *Mancher reicher Zucker hat das Herz nicht / das er ein Weib nemen ſolte / die Haußhaltung möchte zu weit leufftig werden / der Kinder möchten zu viel folgen / das Einkommen möchte zu kurz werden / quemadmodum Philoſophus Aulus infantem propterea aquis ſubmerſit; quod de educatione &*

*Regula nuptias
celebrantium.*

ne & sustentatione desperaret. Sed nostri conjuges Dei providentiâ nituntur & sciunt, Domino facilimum esse ditare pauperem, cujus tempus si advenerit, subito & crescit & ditescit, Syr. II. v. 23. 24. III. Certum est Sponsam & Sponsam hâc *equales* esse, quoad gentem, quoad genus & familiam, ita enim Judæis fuerat mandatum, Item quoad religionem, imò quoad opes etiam, *ist der Brentigam unvernögen/so ist die Braut nicht vbrig reich*: jucundum hoc, *si voles aprè nubere, nube pari, si Adjectivum & Substantivum* convenient eodem genere, numero, & casu, bona est constructio: Ita in Conjugio si mas & femina ejusdem Generis (*gleiches Standes vnd Herkommens*) ejusdem Numeri (*gleiches Reichthums vnd Vermögens*) ut & ejusdem Casus in religione, moribus, &c. tunc constructio regularis est & obtinent illi de meis olim nuptiis facti versus:

Ergo pares estis, tibi nam pupillula nubet

Pupillo: parium suavis est conjunctio rerum.

Ubi autem femina à viro vel Genere, vel Numero, vel religionis aut alio quopiam casu differt, ibi constructio ut plurimum *irregularis* sequitur, & verum manet illud Syracidis: *Rixæ, irreverentia, contemptus*, ubi mulier magna, quæ opes subministrat viro suo, Syr. 25. v. 30. imò sicut dispar jugum bouum, ita mulier nequam, Syr. 26. v. 10.

Vocatus est etiam Jesus.] Non modò invitatus est, sed & comparuit, juxta regulam aliis datâ, Luc. 14. v. 8. *Spontè bonis mos est convivio adire bonorum*. Variè autem à variis ponuntur causæ, cur nuptias accesserit Christ? Ut (1.) miraculo discipulorum nuper vocatorum confirmaret fidem, Cyr. l. 2. in Joh. c. 22. p. 75. ut (2.) ortus nostri initiû, sublata maledictione, sanctificaret, idem Cyr. Ut (3.) gloria Salvatoris, ceu radii Solis, manifestaretur. Ut (4.) insinuaret Spirituale cum Ecclesia conjugium, *quid enim mirû, si ad nuptias ille venit in domû, qui ad nuptias venerat in hunc mundum, ut nos sibi ipsi desponsaret*, Aug. tract. 8. in Joh. p. 74. Ut (5.) ipse, ceu verum gaudium, priscum nuptiarum mœrorem (Gen. 3. v. 16. 17.) præsentia sua pelleret, Cyril. d. l. Ut (6.) se autorè conjugii legitimi ostenderet: *Quod Dominus invitatus venit ad nuptias, confirmare voluit quas ipse fecit nuptias*, Aug. d. l. Rationibus his addem⁹ 7. & 8. ut videlicet Christus summam conjugii majestatem hoc pacto assereret, suoq; doceret exemplo etiam Clericos interesse posse nuptiis, ut jam in Observationibus videbimus. ¶ Observa itaq; insigniter mentiri Pontificios,

Ggg

cumpri-

Dignitas conjugii apud nos maxima.

cum primis Bartolomæum, qui Tom. 2. p. 180. dicit Ministrorum Lutheranicorum doctrinam de dignitate Christiani matrimonii planè SCABIOSAM esse: mentitur, ut dixi, homo Papicola satis impudenter, idè enim, juxta Euthymium, vadit ad nuptias Christus quem nuptiæ non creaverunt, ut eas honoret, suaq; sanctificet præsentia, lætitiæ Christus dignatus adesse jugali, esse sibi cura tale probavit opus. Et ne deinceps etiam Pontificiis nostra de dignitate matrimonii doctrina videatur scabiosa, solennissimè hæc damnamus (1.) Simonem Magnum impudicæ libidinis magistrum, qui mulieres omnes communes esse cupiebat, & eandem vagam licentiam, ut divinæ voluntatis imperium spurci etiam Nicolaitæ à suis teneri voluerunt. Damnamus (2.) Simonianos à Mago principe generatos, qui matrimonium Dei opus esse negabant. Damnamus (3.) Saturnianos qui nuptias aiebant atq; liberorum procreationem è Satana primum inventam. Damnamus (4.) Gnosticos scædam Carpocratis sobolem, qui tametsi scæminas communes esse oportere docebant, prolem tamen omnem averfabantur. Damnamus (5.) ex eadem Schola prodeuntes Basilidianos, qui inducebant polygamiam. Damnamus (6.) Severum, qui contendebat demonem architectatum esse scæminam, eosq; omnes diaboli ædificare opus, qui cum ea volutentur, vel, ut Epiphanius refert: Mulierem totam, viri verò inferiores partes umbilico-tenus opus esse Diaboli. Damnamus (7.) Hydroparastas, qui Matrimonii opus scortationem appellabant. Damnamus (8.) Encratitas, qui omnes homines damnabant, præter Tatianos ob continentia meriti, rejecerunt etiam hi scripta Moysi, Christi Genealogias & Epistolas Pauli idè, quod in Mose legatur benedictio conjugii, quod ex genealogiis constet Christum à conjugibus ortum, quodq; Paulus damnet illos, qui matrimonium & legitimum ciborum usum rejiciant. Damnamus (9.) Adamitas qui dixerunt, si Adamus non peccasset, nunquam futurum matrimonium & nuptias, unde etiam, nudis corporibus, eum æmulari voluerunt statum, qui primam hominum labem anteceffit. Damnamus (10.) Marcionem, qui matrimonium impudicitia commercium nominabat. Damnamus (11.) Montanistas qui primas averfabantur nuptias, & Origenistas qui secundas, & Manichæos qui utraq; rejecerunt. Damnamus (12.) Hieracem, qui, ut in primo vidimus Exordio, ad vetus tantum Testamentum conjugium pertinere dixit. Damnamus (13.) Apostolicos, qui neque matris ad communionem admittebant suam, neque qui ius in bona sua

retine-

retinerent. Damnamus (14.) *Eustrathium*, qui ita repudiabat nuptias, ut
 spem in Deum habere negaret, qui uxorem duxisset. Damnamus (15.)
Brisillianistas, de quibus Socrat. l. 2. c. 33. quod odio habuerint & partu-
 rientes foeminas & omnem foetum in lucem venientem. Tandemque
 damnamus (16.) hos *Papistarum* flosculos: *Conjugium implere terram, vir-*
ginitatem paradysum: tendentibus ad perfectionem, maxime vitandam esse con-
jugalem copulationem: Conjugium esse impedimentum obsecrandi Dominum:
quando impleo officium mariti, non facio officium Christiani: Virginitati Deum
diadema imponere, viduitati mercedem dare, Conjugium posteriores ferre & in
stramineo se qui pileo, &c. Et licet Papistæ circa hodiernum Evangelium,
 ut & aliàs, multis protestentur, *se agnoscere Matrimonium pro bono, lauda-*
bili, sancto ac Deo grato statu, id quod in confesso sit apud omnes Catholicos, adeoq,
apertas esse Ministrorum calumnias, ut Bartolæus Tom. 2. p. 167. loquitur, pro-
 testatio tamen hæc facta est contraria, num enim ad conjugii facit ho-
 norem, ex loco 1. Cor. 7. colligere, conjugium tam impurum esse, pro-
 pter quod nec jejunio nec precibus vacare, nec ea quæ Domini sunt,
 facere queas? num facit ad conjugii honorem si matrimonio hæc op-
 ponantur dicta: *Sancti estote, quia ego sanctus sum, Lev. 19. Omnia munda sunt*
mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, Tit. 1. Qui in carne sunt
Deo placere non possunt, Rom. 8. non in cubilibus, sed induamini Iesum Christum,
Rom. 13. nolite tangere pollutum, Esa. 52. Sponsa Christi gloriosa, sine macula &
ruga, Eph. 5. & ejusmodi multa alia? Num facit ad conjugii ampli-
 dum honorem, quod *Andradus* cœlibatum Clericorum ita defendit:
Ea est ministerii dignitas, ut requirat homines qui sancti sunt & iramaculati, in
quibus Spiritus S. habitare possit: annon sequetur hinc: Maritos nec sanctos
 esse nec immaculatos, nec habere Spiritum S? Vide Chemnit. Exam.
 Concil. Trident. p. 3. pag. 69. Num facit ad conjugii honorem, quod
Costerus conjugatos infames proclamat ut Carnificem, his verbis: *In*
matrimonio non est ea puritas, quæ altare Dei decet, potest carnalis coitus sine
peccato fieri, habet tamen pollutionem etiam verbis verecundam, opus CARNI-
FICIS tanquam iustitia actus per se bonus est, carnificem tamen reddit infamem,
 vide *Mehlfuhrerum* th. 16. Tandem quis inde Conjugii redundabit
 honor, quod idem *Costerus* in *Enchirid. de cœlibatu* prop. 9. pag. 528.
 dicit: *Sacerdotem gravius peccare, cum contrahit matrimonium, quam si forni-*
ceretur, aut domi Concubinam foveat? Hæc profectò talia sunt, quæ vel om-
 nem conjugii honorem pedibus conculcant. Proinde, his omnibus

Papista quomodo honoret conjugium.

*Ehestandt
mae.*

*An matrimo-
nium Sacra-
mentum.*

*Clerici possunt
in esse nuptiis.*

explosis, honorabile dicimus conjugium non modo ob privilegia in quarto exordio antea enumerata, sed cum primis idè, quod in hod. Evang. nuptiis (1.) adest Dominus una cum matre & discipulis, quod (2.) nuptialem agit non minorennis, sed initiatus jam mundi Salvator, quod (3.) primum edit in nuptiis miraculum, quodq; (4.) munere donat amplissimo & conjuges & convivas, &c. Inde serio concludimus, conjugium rectè dici à Germanis: *Ehestandt* / id quod alii exponunt, quasi *der erste Standt*: Alii quasi *Ein-Standt* / vel: *Eenstandt* / quod hinc duo sint una caro: Alii *Ehestandt* / ab *Achten* / *Echt vnd Recht* geboren: Alii *Ehestandt* / quasi ordo juratus, olim enim leges & pacta dicebantur *Ehe*: Sed rectius dicetur, conjugium vocari *ein Ehestandt* / quasi *ein Ehrenstandt* / *status honoris & honorificus*. ¶ II. Quæritur an Matrimonium sit Sacramentum? Papistæ putant, hinc Costerus p. 297. dicit, ideo Christum accessisse nuptias, ut *Matrimonium ad Sacramenti dignitatem eveheret*, olim enim (dicit) matrimonium vinculum fuit indissolubile, non tamen Sacramentum, &c. imò cum nos negemus matrimonium Sacramentum esse, hinc dicunt Pontificii nos scabiosè de dignitate matrimonii agere, *cum omne robur & omne decus & omne ornamentum nuptiarum in gratia Sacramenti Evangelici sit situm*, juxta Bartleium p. 280. Sed ex hod. Evangelio quomodo probabunt Papistæ matrimonium verum esse in Sacramentum? Johannes certè Evangelista hujus negotii ne ullo quidem verbulo mentionem facit. Et quomodo tandem Sacramentum propriè sic dictum esse poterit matrimonium? destituitur (1.) elemento visibili divinitus mandato, destituitur (2.) promissione Evangelicâ, quâ gratia & remissio peccatorum in aliis Sacramentis offertur, adhuc (3.) solius veræ Ecclesiæ bona sunt Sacramenta, conjugium commune est & fuit semper omnibus hominibus, tam extra, quam intra Ecclesiam, &c. si ergo scabiosè de conjugio sentiunt omnes illi, qui Sacramentum esse negant, aut Papistæ probent & demonstrent esse, aut dicemus propriam ipsorum de conjugio doctrinam esse scabiosam. ¶ III. Quæritur: *An Presbyteri nuptialibus conviviis interesse debeant?* Mirum sanè, dicit Granatensis, super hod. Evang. quod *Mundi Salvator interest convivio hominum secularium, à quibus se viri religiosi & sancti abstrahere consueverunt, ne aliena intemperantia (quæ in hujusmodi conviviis accidere solet) testes atq; participes existant*. Respexit procul dubio Granatensis decretum *Councili Agathensis c. 39.* ita habens: *Presbyteri,*

byteri, Diaconi, Subdiaconi vel deinceps, quibus uxores ducendi licentia non est, etiam aliarum nuptiarum evitent convivium, nec his cœtibz misceantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus effervuntur, ne auditus & obruitus sacris ministeriis deputati turpium spectaculorum atq; verborum contagione polluantur: Sic in Concilio Antisiodorensi Cant. 24. ita habet: Non licet Abbati nec Monacho ad nuptias ambulare. Et Synodus Aquigranensis sub Ludovico Pio c. 83. dicit: Non oportet Sacerdotes aut Clericos quibuscunq; spectaculis in scenis aut in nuptiis interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos convenit & inde discedere. Verum, licet probari nequeat, si Ecclesiæ ministri spectaculis ludicris, mimicis gestulationibus, amatoriisque cantationibus vel saltationibus leviter interessent vel assentirentur, à conviviis tamen nuptialibus honestis pelli propterea non poterunt, quia (1.) obstat hodiernum Christi & Apostolorum exemplum, ut & Patriarcharum in V. T. quia (2.) talibus interdictis ipsa conjugii dignitas obliquè imminuitur, quia (3.) pugnant ejusmodi prohibitiones cum mandato Christi, Luc. 14. v. 9. ubi indefinitè dicitur: Si invitatus fueris ad nuptias, vade: quia tandem (4.) præsentia Presbyterii in honestis nuptiis firmum habet commodum, ut scilicet ejus conspectum reliqui convivæ revereantur, & eo magis abstineant ab omnibus, quæ quidem Christianos dedecent. ¶ IV. Observ. hodieq; à piis Sponsis invitandum esse Christum, juxta versus:

Sponse voca Christum, non est sine munere Christus,

Ille merum tardè, dat tamen ille merum.

Im Hochzeitlichen Bittezettel sol billich oben an stehen: Jesus von Nazareth. Christus autem, cum hospes admodum preciosus sit, virginibus utiq; invitandus, man muß den H. Ern mit Jungfrauen bitten/die erste heiß Pietas, die ander Castitas, die dritte præcum assiduitas, Pietas conjugii est fundamentum, Castitas ornamentum, oratio munimentum. Ita invitarunt Dominum Isaac, Gen. 24. v. 62. Tobias c. 8. v. 6. &c. equidem Judæi in Sueca fol. 25. citante Gersone in Thalm. germ. p. 151. docent, nec Sponso, nec Sponsæ, nec convivis nuptialibus vel templum adeundum, vel etiam orandum esse, cum Thalmud dicat: *Virginem in templo, Viduam in vicinorum domo, abortumq; in mundo inservire Diabolo: Eine Jungfrau im Bethaus / eine Witwe in ihres Nachbarn Hauß / vnd eine vnzzeitige Geburt in der Welt/hab der Teuffel zusam gestellt.* Verum nos scimus piis precibus neminem indigere magis, quam Sponsam &

*Invitandus
ante omnia
Christum.*

Sponsam, si quidem Christum ad nuptias suas invitare velint, id quod gentiles etiam docent suo exemplo, si enim illi adorarunt quendam *In-gativum* in copulatione, quendam *Domiducum* in domiductione, quendam *Manturnum* in divortii evitatione, quendam *Viriplacam* in exortâ dissensione, &c. Aug. l. 6. de Civ. Dei c. 9. Cur inter Christianos Sponsus & Sponsa non sedulo invocarent verum Deum? utique:

Pœnitens, ores, similem duc, respice mores.

Thue Busi/beth fleißig / deins gleichen nimby

Und sihe dich für/das bringt Gewin.

Nihil hîc potest *Fatum*, si cor tuum non est *fatuum*,

Infatuant fatuos fatuo comubia fato,

Sed sapiens uxor Iho va ter amabile donum.

Prov. 19. v. 14. Syr. 26. v. 3. Ardentius paulò aliter hæc ita delineat: *Voca-tus est Iesus, non ergo vocandus est ad nuptias Diabolus per carnem & magicam artem, non mimi & mimæ inimici honestatis ac pudicitia, non turpes & infames persona, sed Christus, qui vocatur per orationem: per munditiem: per pauperum susceptionem. Per orationem, ut ipse actiones nostras aspirando præveniat & adjuvando prosequatur: per munditiem, quoniam immunditiem fugit & in mundo corde quiescit, siigitur in sanctitate & munditiæ nuptias celebratis, sine dubio Christum invitatis: per pauperum tandem susceptionem, quia in pauperibus ipse suscipitur, Matth. 25.*

Ac discipuli ejus.] Non equidem omnes, sed illi tantum, qui hæctenus vocati: *Andreas, Petrus, Philippus, Nathanael*, ut & ille, cujus Joh. I. v. 37. mentio fit & putat Dn. Chemnitius ex multis conjecturis, *Iohannem* Evang. ipsum fuisse: Hi itaq; viri, quibus indignus hic orbis, Heb. II. v. 38. invitati sunt ad nuptias, tum honoris Christi, tum splendoris convivii nuptialis gratiâ. ¶ Unde magis magisq; elucescit conjugii dignitas. Quot enim hodiernis nuptiis inter sunt hospites, tot rejiciuntur argumentis, I. Conjugia *angularia*, quemadmodum in angulo convenisse novimus *Dinam & Sichem*, Gen. 34. *Iudam & Thamar*, Gen. 35. *Amnon & Thamar*, 2. Sam. 13. hæ sunt Caninæ nuptiæ ab ipsis etiam Ethnicis damnatæ. II. Conjugia *Clancularia*, in quæ nec parentes sapius nec agnati consenserunt unquam, cum tamen parentibus demandatum sit à Deo, ut filiis uxores & filiabus maritos adducant, Jerem. 29. *Tertia pars patri data, pars data tertio matri, tertia sola tua est. &c.* III. Conjugia *remeraria* illorum, qui cæco impetu matrimonium ineunt sapius bene

*Conjugiareji-
cienda qua?*

bene poti & vino loti, nullo vel fideli amico vel consultore presente. Certè qui conjugem sibi quærit, ille in bivio constitutus est, & vel vitæ felicitatem vel vitæ difficultatem sibi quærit perpetuam, sapiens ergò bonos accersat & illorum audiat consilia, Prov. 12. v. 15.

Wer wol wil freyen/
Daf ihms nicht sol gerewen/
Der fang es an bey Zeiten/
Mit Gott vnd guten Leuten/te.

Et ubi defecisset vinum.] Habuerunt itaq; vinum, & quidem vini tantum, quantum sufficere putarant, Sie wollen gleichwol ihren lieben Gästen gütslich thun/mit ein Trüncklein Wein/licet egeni & pauperes, Es sol sein zugehen/id quod laude suâ dignum, siquidem :

Quicquid honestati donas, & quicquid honori
Impendis, nunquam te puduisse potest.

Was man zu Ehren wolte sparen/

Würde doch sonst zum Teuffel fahren. Mathes.

Sed deficit vinum in media lætitia, & notandum est participium *deseruit*, quo Græci reddiderunt Hebræum *Haser*, Gen. 8. v. 3. aqua defecerunt, h. e. coeperunt minui, adeoq; hîc sensus erit: cum vinum inciperet deficere & ferme esset exhaustum, nec videretur sufficere, ibi intercedit Maria & prævenire gestit, ne hospites defectum resciscant, Sie wil bey Zeit dem Unheyl vorkommen/ damit Braut vnd Bräutigamb nicht beschimpffet werden mögen. Cur autem tam citò vinum defecit? Wie habens die guten Leutlein so versehen? ist denn vber ihr Vermögen vffgeschlagen? haben sie denn ihren Beutel in die Regel Petri so vbel eingetheilet? worumb ist kein besser Oberschlag vorher gemacht/juxta Christi monitum, Luc. 14? konte es sonderlich der kluge Marschall/welcher hernach viel zu reformiren weiß/nicht besser angeben? Fieri potuit, inquit Chemn. quod hæc fuerit causa defectus vini, compararat Sponsus vinum non in magna copia, sed propter fortunæ tenuitatem, quantum pro numero convivarum, quos invitaturus erat, sufficere videbatur, cum verò eodem tempore ex inopinato Jesus in illa loca rediret, & honoris ipsius gratia, quinq; præterea alii, vel plures etiam invitandi essent, aucto convivarum numero vinum defecit. Et tamen non defecit, qui enim ibi deficeret aliquid, ubi Christo & Christi discipulis impenditur aliquid? *Zwar die Welt meinet, wo man Christum oder seine Di-*

Cur vinum de-
fecerit.

ne Diener auffnehmen vnd versorgen sol / da wolle alles fristen vnd zu wenig werden / verum Christus ejusq; discipuli tales sunt hospites, qui non onerant, sed honorant, non absumunt sed ditant, ut veteres ex hac historia rectè dixerunt. ¶ Nota itaq; causas jucundas, cur vinum hic defecerit, ut videlicet (1.) Christi manifestaretur gloria, juxta hodierni Evangelii clausulam : Si enim Philippi & Andreae logistica suffecisset, quid Christi miraculo opus fuisset? Joh. 6. pari modò si hic vel Sponsus vel Architracinus calculum rectè adhibuisset, quomodo Christi gloria innotuisset? Egre ditur ergò *Natura, ut ingrediatur Deus, deficit auxilium humanum, ut incipiat divinum illius, qui dicitur Adjutor in oportunitatibus, Psal. 9.* Wo Christus zutreten / Wunder thun vnd seine Allmacht erweisen sol / da muß alle Menschliche Rechnung falliren vnd stracks zu Wasser werden. Defecit (2.) vinum, ut ebrietate nuptiarum Autorem summè offendi sciremus, hinc Ardentius pulchrè allegorizat his verbis: *quid debet in nuptiis deficere? Vinum, id est, ebrietas, luxuria, rixæ, tumultus, & omnis intemperantia, unde Salomon: Vinum res luxuriosa & tumultuosa ebrietas (Prov. 20.) Et Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo luxuria (Ephes. 5.) Vinum enim & mulieres apostatæ faciunt Sapientes, (Eccl. 30.) Defecit (3.) Vinum, ut sciremus conjugium quidem Scholam esse & quandam Academiam multarum cùm virtutum, tùm utilitatum, ceu sunt: *auxilium mutuum, solatium mutuum, precum conjunctio, amoris & concordia dulcedo, sobolis procreatio, &c.* attamen Crucis etiam & multarum Schola est calamitatum, nota sunt exempla Jacobi, Gen. 29. & 30. Jobi c. 1. & seqq. Davidis, 1. Sam. 18. & seqq. Tobix c. 2. & 3. ubi *thalamus, ibi calamus*, indoctus ille Sacrificulus dixit, *calamus pro calamis*, Das ist zwar böß Latein / aber es ist gleichwol wahr / der Art ist das liebe Creuz / daß es bey Braut vnd Bräutigamb den dritten Mann gibt / vnd leget sich mit ins Brautbett / Gott gebe / was der Bräutigamb dazu sage. Falluntur ergò & fallunt seipfos, qui in conjugio nil nisi delicias & voluptates quærunt, quos deinde propria convincit experientia, quàm inanem spem hac in parte foverint. Tandem (4.) defecit vinum, ut sciremus Christum in paupertate cum primis præsto esse, quo pertinent verba Brentii in Joan. *Non scribitur interfuisse Dominus nuptiis Pilati at. Caiphe, ubi erat divitiarum affluentia, sed ad Sponsum tenuis fortuna divertit, ipso significans factis, se egentibus libentissimè subvenire, modo invocetur, cum ipso sum in tribulatione, Pl. 90.* neque tamen hæc extendi debent, ad fidam Monachorum*

chorum paupertatem, de qua Tympius pontificius dicit: *Wir müßten den Irthumb meiden / daß Armuth Schande sey / da sie doch die erste Staffel ist an der Himmelsleiter / Ceremonien warumb / pag. 16. quis hic non rideat? Si primus in beatitudinis scalâ gradus est paupertas, cur ergo Christus Sponsorum Cananæorum egestatem per miraculum suum depulit, & sic primum illum scalæ beatitudinis gradum præcidit?*

Dicit mater Iesu, Vinum non habent.] Non dicit: *omne vinum ebiberunt & intemperanter consumserunt, quia melius est, indigentium necessitati succurrere quàm delinquentium lapsus exaggerare, imò simpliciter ac modeste defectus suos exponit filio, quia fideli animo satis est, si inopiam rerum necessariorum per preces Domino exponat, nec opus est argumentis suasoriis ad flectendum compositis, quemadmodum & Lazari forores dicunt simpliciter: Domine, quem amas agrotat, Joh. 11. Muscul. Cæterum, cum certum sit non hanc Mariæ mentem esse, ut Christus expositâ pecuniâ aliunde adferri curet vinum, sed per miraculum novis succurrat nuptis, non immeritò quæritur, unde hanc Mariam habuerit notitiam, quod sperat miraculum, quale antea editum erat nunquàm? Calvinus putat matrem nec sperasse quicquam nec petiisse à filio, sed voluisse saltem hac exhortatione & convivis tædium eximere & sponsi levare pudorem. Sed reclamant Calvino Piscator in Scholiis dicens: *Vinum non habent, ergò pro tua potentia procurato, &c.* Granatensis dicit Mariam hanc habuisse de filio confidentiam, ex colloquio illo cum Sacerdotibus Hierosolymitanis miraculoso, quod concluditur his: *Maria autem conservabat omnia verba hæc in corde suo, Luc. 2. v. 51. In templo igitur didicit Mater ut à validiore exigeret miraculum, quia in juniore stupebat mysterium, addit glossa Ordinar.* Nonnulli hanc Mariæ in filium confidentiam assignant miraculis Christi in ætate puerili & juvenili editis, statuunt enim 1. Christum in mundum venisse, non tantum ut doceret, sed & ut miracula ederet, ut itaq; ante annum ætatis 30. prædicarit, ita etiam probabile esse, miracula nonnulla ante hoc tempus ab ipso edita. 2. per negationem miraculorum ante annum 30. editorum putant confirmari hæresin *Alogianorum*, de quibus Epiphanius quod statuerint, virtutem edendi miracula accepisse Christum tunc demum, quando Spiritus S. sub columbæ specie super ipsum descenderit. 3. Matrem de miraculo nullam potuisse spem concipere, nisi à filio prodigii aliquid antea vidisset, unde etiam*

*Media suble-
vantia Cru-
cem piorum
conjugum.*

Dn. Hunnius in Joh. dicit: *procul dubio Maria toto tempore & infantia & pueritia & adolescentia Christi multa praeclara specimina & documenta occulta a virtutis divina in ipso animadverterat, ex quibus perspectam habebat tacitam filii sui majestatem.* Sed Theophyl. in Joh. p. 227. hanc Mariæ confidentiam simpliciter restringit ad patefactiones ab Angelo, Elisabetâ, Zacharia, Pastoribus, Simeone, Magis, &c. factas, ut & ad Prophetarum vaticinia, qui Messia multa & magna miracula tribuerant, expectavit itaq; Maria tale aliquid, sicut Prophetæ prædixerant, & hanc rationem dicit Chemnitius *simplicissimam.* ¶ Observa hîc, I. Salutaria illa media, quæ Crucem, conjugii comitem certissimum, mitigare & sublevare feliciter possunt. Equidem quoties in conjugio hæc auditur Vox: **NON HABENT**, Das nicht haben macht viel zu schaffen beydes Reichthum und Armen/bald heißt: Wir haben nicht Brodt: Wir haben nicht Geld: Wir haben nicht Nahrung: Wir haben nicht Arbeit: Wir haben nicht Kleider: Wir haben nicht Herberg: Wir haben nicht Gesundheit: Wir haben nicht Erben: Wir haben nicht Friede/nc. Hic est ille *Calathus spinis plenus*, qui olim novis nuptis præferebatur, Et varia sunt media, quibus nonnulli conjuges ex his miseris conantur elucari. Atheniensium mulieres quondam in domiductione Sponsarum scopis ædes verrebant, dicentes: *Egrediatur paupertas, ingrediatur ubertas*, Hinaus Armuth/herein Reichthumb: Aber das Unglück lest sich so nicht aufstehen. Alii ex impatientia conjugali maledicunt statui, hat mich dieser vnd der in Ehestandt geführt: Alii æs alienum contrahunt, cum tamen peccator mutuetur & non solvat, Psal. 37. Alii stationem suam deferentes, castra sequuntur conjugæ & liberis relictis, cum tamen ethnico pejor sit & fidem abneget, qui suorum non habet curam, 1. Tim. 5. Alii furtis & latrocinis vel etiam usuris se suosq; alere volunt, sed væ tibi qui spoliast, Esa. 33. adeoq; hæc omnia crucem conjugii non mitigant sed augent potius & accumulunt. Attende itaq; has nuptias, ibi (1.) disposita sunt omnia prudenter, procurat necessaria *Sponsus*, disponit *Architriclinus*, discurrit sollicita *Christi mater*, serviunt *ministri*, &c. Sic & tu in *Oeconomicis ordine pervenies, quo non datur ire labore.* Maria (2.) orat hic ardentè, sic & tu curam tuam jacta in Dominum, Psal. 55. eleva oculos ad montes unde auxilium, Psal. 121. In his nuptiis (3.) convivæ exhilarantur quidem, at frugaliter, cum vini nimium non adsit, sic & tu frugalitati studeas & parsimoniz, quæ magnum veltigal. In his nuptiis (4.) præter.

præter hospites, nemo otiosus est, sed omnes sollicitè faciunt quod sui muneris, sic & tu strenuè laborato, in sudore vultus tui panem tuo vescitor, labores manuum tuarum manduces & benè tibi erit, Psalm. 128. Tandem (5.) Maria hîc Domini Auxilium, unà cum Sponsis, expectat patienter ac constanter, sic & tu studeto patientiæ in penuria ac constantiæ in mora, breviter: *Domum gubernare prudenter, ora ardentè, labora diligenter & indefinenter, inspicere Oeconomias patrum, quàm fuerunt diligentes in laborando! quàm prudentes in disponendo! quàm frugales in victitando! quod nisi hodieq; fiat, faciliè hæc Vox: Vinum non habent, in omnibus ædium angulis resonabit.* ¶ II. Confutandi hîc iterum sunt flosculi Papistarum, quibus autoritatem B. Virginis circa hanc ejus intercessionem miris evehunt laudibus, dicentes: *Colligimus hinc, quod multo magis in cælis posita Maria, pro necessitatibus nostris apud filium intercedat, ut promississima & certissima ADVOCATA.* Item: *quoniam primum Christi miraculum, seu primum gratia divina in terris signum, ob B. Virginis intercessionem factum est, hinc colligimus, singularem illam pro genere humano ADVOCATAM esse, compatitur verecundia tenuium, sicut MISERICORS & BENIGNISSIMA mater, quid enim de fonte pietatis procederet, nisi pietas?* Granit. Sed cum de hac Papistarum crambe etiam alibi actum sit, hîc breviter dicimus, falsum esse Mariam nostram *singularem, promississimam & certissimam Advocatam* esse, cum sit ipse Christus Servator, 1. Joh. 2. v. 1. falsum est Mariam *pietatis & gratia fontem* esse, cum ex plenitudine Christi omnes hauriamus gratiam, Joh. 1. v. 16. falsum est hodiernum miraculum *ad beatam virginis intercessionem factum esse*, si enim universam Evangelii historiam evolvas, nunquam Christum aliquid vel matris suæ, vel etiam discipulorum precibus dedisse reperies, quoties quidem pro aliis intercessores facti. Et si maximè Maria hodieq; tenuium indigentia ac verecundia compateretur, nulla tamen consequentia esset, eam propterea vel adorandam vel invocandam, sed gravissimæ potius sunt sententiæ: *Maledictus qui in homine confidit, Jerem. 17. Dominum Deum tuum adorabis, Matth. 4. Deut. 6. Invoca Me in tribulatione, & ego eripiam te, & me glorificabis, Psal. 50.*

Dicit ei Iesus: *quid mihi & tibi mulier.*) Ad verbum sonare videtur: quid hoc sive ad meam, sive ad tuam curam pertinet, quod vinum illi non habent. Sed genuinus hîc horum verborum sensus esse non potest, si quidem sollicitudo de proximo omninò ad nos

pertinet, cum primis ad Christum de quo D. Petrus: *ipsi cura est de nobis*,
 1. Pet. 5. v. 7. Sunt itaque verba *repellentis & reprehendentis curiositatem in*
matre, juxta Piscatorem: *Continent reprehensionem* *πολυπαρανομίας*,
 juxta Philippum Mel. Equidem Costerus hæc verba: *Mulier quid mi-*
hi tecum, dicit esse obsecratoria, quæ explicat ipse per verba Dæmonum:
Iesu Nazarene quid nobis tecum? Luc. 4. v. 34. Sed verba Satanæ quomodo
 in Satanæ Contritorem quadrant? & quomodo hic matri supplex fit
 ille, qui ibi Satanæ Dominus? Imò lapsum aliquem Mariæ Pontificii
 hic usque aded agnoscere nolunt, ut Grodicius conc. 2. super hod. Ey-
 ang. dicat & exclamet: *Coram vobis Deo, ipso protestor, ut omnia potius Ma-*
ria virginis peccata mihi imputentur, quam omnium hæreticorum omnia que
unquam fecerunt bona opera & merita, renuncio istis, amplector illa, &c. Sed
 Mariam, licet non *ratione intentionis*, ratione tamen *facti* non nihil hic
 hallucinatam esse, hoc facile probatur 1. ex verborum CHRISTI for-
 mæ satis dura & interrogatione exasperata, vide similem ferè loquendi
 modum, 2. Cor. 6. v. 14. 15. II. Ex denegatione manifesta, & modi &
 temporis concernens circumstantiam. III. Ex admonitione Mariæ
 ad ministros, qua suum quasi lapsum agnoscit & alios, ut caveant sibi
 ab inobedientia, monet. IV. In Evangelio de navicula, an non incre-
 patio subest, quando Christus quærendo dicit: *Modica fidei quid timidi*
estis? Sic itaq; tenendum: particula *Quid* interrogativè posita sæpè non
 quærit, sed negat, ac si esset positum, *NIHIL*: *Quid mihi & tibi quod*
venisti coram me ut pugnes contra terram meam? h. e. nihil tibi me-
 cum negotii aut litigii est, Jud. 11. v. 12. *Quid mihi & vobis filii Seruja?*
 h. e. non debetis vos ingerere ad ea, quæ mei sunt officii, 2. Sam. 16. v. 10.
Quid mihi & tibi vir DEI: venisti ad me ut iniquitatis meæ recorda-
retur, 1. Reg. 17. *Quid mihi & tibi, vade ad Prophetas Patris tui,* 2. Reg.
 3. *Quid mihi & tibi Rex Juda?* 2. Paral. 25. *Quid vobis & Jehovah DEO*
Israel, h. e. ut statim sequitur: non est vobis portio in Juda, Jos. 22. &c.
 Ita etiam hoc loco: *Quid mihi & tibi mulier?* hoc est, *nihil teneor tibi obedire*
in istis officiis mei negotiis, hic sum planè à jure tuo liber, vide Flacii clavem
 scripturæ in voce *Quid* pag. 998. Cum autem durior hæc Christi re-
 sponso usq; aded commoveat Augustinū, ut ille exclamet? *Quid est hoc?*
ideòne venit ad nuptias, ut doceret matres contemni? ideòne venerat ad nuptias,
ut exhonoreret matrem, cum & propter liberos habendos, quibus honorem redde-
re parentibus imperat DEVS, ipsa nuptia celebrentur & uxores ducantur? Quid
hoc est?

*Hoc est d. Domine Iesus? annon tu ipse honorare parentes præcepisti? cur ergo matrem
ita respondes, quasi nihil commercii tibi cum illa esset? inquit Granatensis,
Causæ igitur erunt indagandæ, cur Christus matrem suam non ma-
trem sed *Mulierem* dicat ei; durius respondeat? Nonnulli putant mu-
lieris titulum hoc loco non ignominia. B. virgini sed honori vel maxi-
mo esse, utpote desumptum ex prima promissione, Gen. 3. Alii autem,
& quidem Manichæi ex hoc loco concludere voluerunt, ex Maria
Christum carnem suam non assumisse, sed cælo attulisse, indeq; Ma-
riam matrem suam nominare noluisse, quos tamen Augustinus ex hod.
Evang. gravissimè confutat, cum aliquoties dicatur: *Erat tibi Mater, dixit
ei Mater*, August. tract. 8. in Joh. pag. 77. Subsunt itaq; huic increpationi
causæ sequentes. Testari (1.) his verbis voluit Christus se Deum esse,
& miracula sibi competere *non ex matre, sed ex patre, ex Matre enim mori
poterat, ex patre verò miracula faciebat, proindeq; non agnoscit viscera humana,
opera facturus & editurus divina*, August. tract. 2. in Joh. II. Monere (2.)
his verbis voluit Christus, ejus auxilium in necessitatibus esse implo-
randum, non ab intercedentibus, sed ab ipsis potius indigentibus, *Wer
hie selbst nicht kommet dem wird der Kopff nicht gewaschen / si enim medi-
cus vel optimus à sua tantum matre laudaretur, & non ab egrotis aut eorum
familiaribus, suspecta sane esset laus illa, indigentium autem laudes omni vacant
suspicione*, Chrysoft. hom. 20. in Joh. III. Optabat Maria ut filii gratia
clarior ipsa efficeretur, & ejus miraculis sibi famam compararet, *at
Christo cura quidem erat honor maternus, sed longe magis animarum salus &
commune in multos beneficium*, Chrysoft. dicto loco. IV. Indicare hoc
responso voluit, Mariam non esse invocandam ut Deum: *Revera enim
sanctum erat corpus Maria, sed non Deus: reverà virgo fuit honorata, sed non ad
adorandum data, Maria ergò honoretur, Pater, filius, & Spiritus S. adoretur*,
Epiph. hæ. 79. Tandem innuere V. voluit hoc responso Christus pa-
rentibus quidem obediendum, sed aliquando plus Deo, cum aman-
dus sit generator, sed præponendus creator, August. *Immorigeris itaq;
liberis hic Textus nihil patrocinaur, quia ut verbis matrem Christus increpavit,
sic pauld post operibus eam honestavit*, Justin. quæst. 136. ad Orthodox. ¶*

*Cur Christus
durius matri
hic responderit.*

*Cogitationes
tentiatur.*

Mortuus in peccatis es, *quid mihi tecum?* maledictus es, *quid mihi tecum?* Ego Dominus cœli & terræ, tu servus inutilis, *quid mihi tecum?* Ego sanctus, tu à capite ad calcem usq; corruptus, *quid mihi tecum?* Ego altissimus, tu cinis & pulvis, *quid mihi tecum?* Tu qui toties pulsanti non aperuisti, Tu qui Spiritui S. toties obstitisti, tu qui consilium meum in verbo & Sacramentis toties spreveristi, *quid mihi tecum?* sed si præsferat se nolle. *quid - debes minus pavere, nam maxime cum præsto sit, solet tamen latere;* *Ob sichs anlies als wolt er nicht / Laß du dich nicht erschrecken / Denn wo er ist am besten mit / Da wil ers nicht entdecken / ic.*

Nondum venit hora mea.] In Græco cum particula *η* addatur, nondum venit *illa* mea hora, hinc variæ Veterum de hac hora sententiæ: I. Augustinus tract. 8. in Joh. p. 80. refert, ex hoc loco vaniloquos Mathematicos cruisse quod Christus sub fatali fydere vixerit, quos his ille confutat: *non hoc vult Dominus, quod obnoxius sit necessitatibus temporum vel horas observet, quomodo enim hoc dicere possumus, de factore temporum & seculorum? sed quod omnia congruo operetur tempore.* II. Athanasius & Beda intelligunt per horam Christi tempus Passionis, quo demum Matrem agnoscere velit & illi gratificari, Joh. 19. v. 26. imò, ut in passione tribulationis aqua ab ipso sit gustanda, sic post passionis horam secuturum vinum cor hominis latificans, h. e. *Spiritum S. quem matri & discipulis erat daturus*, Gaudent. tract. 9. in 7. tom. Bibl. III. Irenæus intelligit horam à patre cœlesti præcognitam, vel ut Piscator in Schol. exponit: nondum venit *η ώρα μου*, illud temporis momentum, quod mihi à Patre destinatum est, ut in eo potentiam meam miraculo declarem. IV. Nyssenus intelligit horam ætatis, quasi Christus jam adultior imperium matris declinavit & dixerit: *an nondum venit hora mea? an nondum jus, potestatem & liberum arbitrium meum ex aetate habeo?* *Ich bin ja alt genug / Ich werde ja wissen / was mir zu thun oder zu lassen sey!* Chrysostomus V. & Theophyl. per horam Christi hinc intelligunt tempus opportunum, vel horam opportunitatis, *Er wolke seine Zeit wol erschehen / quibus etiam adstipulatur magnus Chemnitius dicens, more scripturæ hic intelligi tempus commodum, & agendi aliquid aptum, ut hora est à somno surgere, Rom. 13. v. 11. hora metendi, Apoc. 14. v. 15. venit hora ejus, Joh. 13. v. 1. hæc est vestra hora, Luc. 22. v. 53. Sed cum sub finem hodierni Evangelii hoc miraculum omnium primum dicatur, ideo sententia fortè simplicissima erit, si intelligamus horam miraculorum*

lorum principio destinata, atq; ita horam *non necessitatis sed voluntatis, non conditionis sed potestatis*, ut August. tract. 8. in Joh. loquitur. ¶ Nota *Hora hominum & Christi dif-*
 hic discrimen inter horam humanam & CHRISTI. Maria cogitat *ferunt.*
 hanc esse horam, ut feratur auxilium priusquam vinum planè exhauriatur, ne hospites resciscant, ne Sponsus confundatur, nec convivæ turbentur, Christus autem respondet: Nondum venit hora mea, sed quando vinum ad fundum usq; exhaustum est, quando jam omnibus innotuit defectus, imò quando jam perturbata & penè desperata sunt omnia, tunc est hora Christi. Agnoscamus itaq; Christi horam, discamus Christi morem, toleremus ejus moram, & apparebit tandem ipsum esse Adjutorem in opportunitatibus, *zur rechten Zeit/Psal. 9. Exauditionis dilatio, non est orantium damnatio, sed fidei probatio, fides autem tentationum victoria & coronatio, Bernh.*

Quicquid dixerit vobis, facite. ¶ Colligit virgo sancta ex responso filii quantumvis duro, non defuturum Christi auxilium novis conjugibus. Maria braucht fast ein Meisterstück wie das Cananäische Weiblein / sie schleust auß denen Worten / welche auff ein Nein lauten / ein freundliches Ja und gewisse Zusag / Er hat gleichwol noch nicht Nein gesagt / hat auch nicht gesagt: Meine Stunde wird nimmermehr kommen / sondern weil Er spricht / Nondum venit, so wird sie gleichwol einmal kommen / ist nicht in præsentia, so ist gleichwol in futuro, und wird geschehen was ihm wolgefället / est ejusmodi fides, quam non immeritò laudare poterat & publicè commendare Dominus, ut illam Cananæ, sed noluit ad evitandam Mariolatrian. Nøtetur autem, quod in defectu vini Maria ministros non ad se invitat, auxilium ipsis promittens, sed ad Christum ipsos deducit, imò suum quasi errorem corrigens, à Ministris postulat, ut Christo nihil quicquam præscribant (quod fecerat ipsa) sed morem gerant in omnibus, tum se visuros mirabilia: an autem vera sit Theophylacti sententia, quæ censet jussisse Mariam, ut ministri nuptiales tristes se in conspectu Christi sisterent & hoc spectaculo animum Christi ad juvandum alacriorem redderent, quis non dubitaret? ¶ Licet hic contra cultus electitios firmum habeamus argumentum, quia omnia quæ Christus præcepit, ea tantum facienda, Eine seine Regel / was Christus befehlet das sollen wir thun / und nicht was die Menschen ohne Grundt der Schrifft gebieten / Deut. 4. & 12. Ezech. 20. v. 18. Item: si Christus non statim exaudit, quid faciendum.

An lex impleri possit.

An lex impleri possit.

endum hic etiam videmus, si mus patientes, cum Dominus cuncta in tempore suo faciat, Eccl. 3. v. 11. oremus itaq; hauriamus a quam manu utraq; *Schöpf du Wasser mit beyden Eymern/bete vnd arbeite wie der Herr befohlen/seine Stunde wird wol kommen/te.* Hæc, inquam, licet nostro Textui optimè convenient, extra oleas tamen vagatur Stapletonus, qui in prompt. Cathol. hæc Mariæ verba refert ad Legem, quasi illa, juxta Matris Christi effatum, omnimodè impleri posset. *Locus, inquit, tractandi contra hereticos, de integra & plena omnium Christi mandatorum observatione, juxta egyptium B. virginis documentum, quam hodie illi impossibilem esse blasphemore ajunt.* Sed quis non videt discrimen longè maximum esse inter obsequium externum saltem ac corporale: & inter obsequium spirituale, intrinsicum & modis omnibus absolutum! Fontem adire, aquam in maxima etiam copia haurire & hydriis infundere quis non posset? sed omnia præcepta DEI integra servare, & juxta eam tam externa quam interna absolutissima observantia vitam institueri quis potest? contrariantur certè nota illa dicta, Act. 15. v. 10. Rom. 8. v. 3. Gal. 2. v. 31. &c. utinam verò Papistis curæ cordiq; esset illa facere, quæ Christus jubet, tunc sanè non pauca forent corrigenda, distribuenda esset utraq; Eucharistiæ pars laicis, quia hoc Christus jussit, dicens: Bibite ex hoc omnes: Conjugium etiam Sacerdotibus esset permittendum, quia hoc Christus per Spiritum S. jubet: Conjugium honorabile inter omnes, Heb. 13. peccatores essent absolvendi sine carnificinâ Satisfactionum in solo nomine Christi, ita enim ipse absolvit paralyticum, Matth. 9. v. 2. Solus Deus esset adorandus & colendus, Matth. 4. v. 10. abjicienda essent hominum mandata, Matth. 15. v. 9. purgatorium esset explodendum, cum Christus credentibus cælum, incredulis vero infernum adsignet, & tertium aliquem locum planè ignoret, Joh. 3. v. 18. &c. ¶ II. His non contentus Stapletonus addit: *Hic etiam locus facit contra Hereticos de cooperatione nostrâ plane necessaria ad Dei beneficia consequenda, cum Christus hic nec prius manum admoverit, quam Ministri imperatas partes explevissent, nec plus aqua in vinum converterit, quam à ministris haustum: eadem habet Bartscius Tom. 2. p. 262.* Verum licet OPERATOS legamus hos ministros, ad miraculum tamen Christo eos esse COOPERATOS, quomodo Papistæ probabunt? Ut igitur hi ministri, licet ad Miraculum nihil contulerint, merito tamen fecerunt quod Christus jussisset, ita in conversione nostra quod Deus jubet nos etiam facia-

An Christo cooperemur.

faciamus, ad eam templum, audiamus & meditemur verbum, ut amur Sacramentis, &c. Hæc enim omnia Deus jubet, & obsequio externæ locomotivæ fieri à nobis possunt. Interim tamen licet hæc faciamus, purè tamen passivè adhuc nos habemus, ad divinam illuminationem sumus tenebræ, Eph. 5. ad vitam spiritualem mortui sumus, Eph. 2. ad conversionem sumus saxeï, Ezech. 36. adeoq; nihil nec cooperamur nec cooperari possumus, videantur dicta: 1. Cor. 2. v. 14. 2. Cor. 3. v. 5. & 7. Phil. 2. v. 13. Rom. 9. v. 16. &c.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ.] Chemnitius ex hac circumstantia colligit, Judæorum nuptias celebrari solitas, non in privatis ædibus, sed in publico aliquo loco, qui Hebræis videtur dictus *Liskah*, 1. Reg. 9. v. 22. significat autem **הכּוּל** cubiculum, juxta R. David in lib. Rad. vel Conclave foris ad Templum exstructum nec non ex quadro & exciso lapide constructum. Græci reddiderunt: *κατάλυμα*, *diversorium, cœnaculum*, antiquis Latinis dicebatur *Triclinium*, quod locum non modò angustiore notat, sed & quodvis conclave, in quo etiam satis magna convivarum frequentia discumbebat. Hinc apud Quintilianum reperitur exemplum de triclinio, quod super convivas corrui, & referente Suida, Rex Anastasius exstruxit Triclinium, quod ad hæc usq; tempora Anastasianum dicatur, imò Samuel uncturus Saulum, introducit eum in Triclinium, ubi viri quasi 30. ad convivium erant vocati, 1. Sam. 9. Putat porrò Dn. Chemnitius quod publicus hic nuptiarum locus non procul abfuerit à Synagoga vel Templo, ut jam ex voce *Liskah* probatum, quia Moses præceperat, ut Judæi epularentur coram Domino, Deut. 12. v. 2. 27. v. 7. Ipsa itaq; loci reverentia convivas in timore Domini retinere poterat, ut invocatione, benedictione, nec non gravioribus narrationibus hilaritati temperarent, juxta exempla, Tob. 7. v. 17. Jud. 14. v. 12. proindeq; laudabile est, quod hodie etiam, in nonnullis locis, ædes splendiores peculiariter, ad nuptiarum ritum, sunt destinatæ, ut apud nos Magdeburgi triclinia illa & ædificia satis splendida: *Der Bräuer Hoff/der Bewandschneider Hoff/der Seidenframer Hoff/æc.* Dicit autem Evangelista in publico hoc loco positas fuisse hydrias. Hebræum **כּוּל** *Cad* est vas generale, cui induntur fæces, Jud. 7. v. 20. continet farinam, 2. Reg. 17. v. 12. hauritur illo aqua, Gen. 24. v. 15. Joh. 4. v. 28. & putant nonnulli cadum cepisse 60. sexta-

*Triclinia
Magdeburgen-
sium splendida.*

rios 60. Nössel/vnfers Maß achthalb Stübichen / alii autem dicunt Cadi capacitatem fuisse incertam, aquæ tantum continens, quantum in humeris ferre queat virguncula, Gen. 24. Græci ab hoc usu verterunt *ιδείας*: Licet autem vulgares hydræ fuerint fictiles, Jud. 7. v. 20. indeq; portabiles, Joh. 4. v. 28. hæ tamen in Cana hydræ lapideæ fuerunt, quæ moveri loco non poterant, nec ad aquam hauriendam portabantur, sed aqua potius inferebatur, unde Aretius nominat *Aqualia*, & Piscator dicit: Non fuerunt Urni, sed labra five folia feu Vanni, Græcè *λατήγες*. *Badwannen* / quibus legaliter immundi totu corpore se immergebant, addit Nahum. Potest fieri, inquit Philippus ut fuerint lapides excavati, *Steinerne Trög* / Aqualia, positi in vestibulo ædium, ex quibus ingredientibus se abluerent. At Dn. Hunnius rectè dicit: Quales hæ fuerint Hydræ conijcere quidem licet, certò autem scire non licet, intercederunt enim omnia illa, populo Judaico per totum orbem interperfo-

¶ Observa ergò hîc, I. Meras esse nugas, quicquid dicitur de hydræis, quales in Ecclesiis quibusdam cathedralibus monstrantur, Philippus Melanthe dicit se vidisse ejusmodi Urnas duas, unam hîc *Magdeburgi* in nostra Metropolitana, alteram *Bambergæ*, ubi utraq; & formam & magnitudinem retulerit penè similem, *Saccus*, addit tertiam, quam *Quedlinburgi* viderit, *Piccardus* in Apiario quartam vidit apud *Julio magos in Gallia*, At in *Buntingii Itinerario* *Bernhardus à Drettenbach* refert, quod in Canæ oppido adhuc videantur, & mensæ, & hydræ nuptiales in loco quodam subterraneo, ad quem per aliquot gradus descendendum. Si ergo omnes hydræ reperiuntur in Galilæa, quis eas vel *Magdeburgum*, vel *Bambergam*, vel *Quedlinburgum*, vel ad Gallos etiam extulit? ¶ II. Allegoria harum hydrarum varia est, I. Scholastici sex hydras interpretantur per quinque sensus corporis, una cum simplici sensu animæ, & illas hydras impleri aqua dixerunt, quando fletu compunctionis omnes sensus à culpa lavantur. II. *Bernhardus* per sex hydras intelligit tot purgationes seu purgandi rationes à peccatis post Baptismum commissis, ceu, ex ipsius monastica sententia sint 1. compunctio, 2. confessio, 3. elemosynæ, 4. injuriarum remissio, 5. corporis afflictio, 6. obedientia præceptorum. Ardentius III. dicit, ut in nuptiis debeat abesse vinum, h. e. luxuria, ita debere adesse sex hydras, id est, sex misericordiæ opera, 1. *cibum dare esurienti*, 2. *potum sitienti*, 3. *vestire nudum*, 4. *suscipere peregrinum*, 5. *mittere infirmum*, 6. *solari vini haustu capti-*

Hydræ in templis cathedralibus.

Allegoria hydrarum.

captivum, & tales hydrias dicit esse lapideas, cum fortia sint hæc opera ad versa. Verum Dn. Chemnitius rectè monet his non nimium fidentum, cum hic nec Christum, nec Evangelium, nec Sacramenta, nec fidem locum habere videas. Augustinus I V. hydrias sex applicat ad 6. mundi ætates, 1. est *Adami*, ubi si quis Abelis imitetur pietatem, aquam ex priori hydria haurit, 2. est *Noachi*, ad cuius exemplum si quis ab impiis se disjungat, alteram quasi hydriam gustat, 3. *Abrahami*, cuius insignis fides imitanda, 4. *Davidis*, cuius devotio attendenda, 5. *Captivitatis Babylonica* ubi Christiano ob libertatem per Christum partam exultandum, 6. est *Christi*, cuius meritum qui verâ fide apprehendit, illi optimum hydriæ ultimæ vinum est reservatum. Sed quis non videt & nimis proluxa & nimis longè petita hæc esse. V. Jucundior fortè erit sententia Dn. Philippi, qui cum Beda per sex hydrias intelligit sex annorum millia, quibus finitis & completis, pro aquâ tribulationum bonum Christus sit infusus vinum, per totalem Ecclesiæ liberationem, Wenn nunmehr die sechs Krüge mit Wasser gefüllet sind / wenn die sechs Arbeitstage für über / vnd der ewige Sabbath angehet / wenn die sechs Millenarij bald dahin / alsdenn wird Christus durch seine Majestätische Wiederfunfft alles Wasser der Trübsal in lauter Freuden Wein verwandeln.

Secundum purificationem Judæorum.] Lotiones Judæorum vel *mandata* erant, vel ab hominibus *excogitata*, de præceptis lotionibus legitur, Lev. 15. Num. 19. baptismata autem ab hominibus excogitata reprehendit Christus, Matth. 23. v. 25. Marc. 7. v. 8. Luc. 11. v. 39. unde Theophylactus in Joh. colligit, has hydrias in Cana nuptiis ex superstitione potiùs quam ex mandato divino fuisse positas, verba ejus ita habent: *Judæi ferè singulis horis abluebantur & sic comedebant; & si comedebant; & si tetigissent leprosum, vel mortuum, vel rem habuissent cum muliere, se lavabant semper, & cum palæstina in aqua sit, nec ubiq; inveniuntur fontes, implebant semper hydrias aquâ, ut non current ad flumina, si quando immundi ferent.* Utitur autem hic Christus vasis aquariis non viniariis ne quis suspicari posset aliquod fortè crassius vinum in dolio fuisse, quod infusâ aquâ limpidissimum fuerit factum. ¶ Observa hic I. licet hydriæ ex Judaica superstitione fuerint positæ, Christus tamen iis utitur ad manifestandum suam gloriam, utinam hoc observarent Calviniani, non certè tot altaria, patellas, calices, &c. confringerent, ob patrus idolomaniam, cum Christus hydrias superstitioni servientes

Non omnia idolatria olim servientes statim confringenda.

Judaicæ non confregerit, sed ad illustrandam suam gloriam adhibuerit. Dicunt illi quidem, aras & calices vasa idololatriæ Papisticæ fuisse proxima, indeque meritò confringi, sed de hydiis Canæ idem verum est, negamus præterea, quod Aræ & calices idololatriæ proxima fuerint vasa, cum in suggestis & ipsis Templis idolomania à Papistis vel maximè sit propagata, quæ propterea etiam confringenda, si quid confringendum, sed quid iuvat pollutum dilacerare lectum vel thorum, & non corrigere adulteram? ex corde tollas idololatriam, spirituale illud adulterium, & altaris abusus nullus erit, ei præsertim qui mundis omnia munda novit, Tit. i. v. 15. ¶ II. Observa, quænam sit vera Christianorum lotio? videlicet (1.) non ethnica illa Pilati, Matth. 27. (2.) non Judæorum illa politica, Deut. 21. nec (3.) Levitica illa figurata, Exod. 30. nec (4.) Pharisæica illa superstitiosa, Matth. 23. v. 25. nec (5.) Papistica illa aquæ benedictæ, nec (6.) externa membrorum corporis, de qua in versu: *Vnda datur gratis, sæpè lavato manus*, sed (7.) Christiana illa & salutaris quæ fit in S. S. baptisinate sanguine Christi, Eph. 5. 1. Joh. 1. Apocal. 1. de antedictis enim lotionibus omnibus rectè dixeris:

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cordis,

Exiguâ tolli posse putatis aquâ!

Capientes singulæ metretas binas aut ternas.] Indicatur hac locutione, vel quod inæqualis capacitatis fuerint hydiæ, cum quædam tres quædam autem duas tantum metretas continerent: vel simplicius, innuitur mensuram hydriarum præcisam dari non posse, cum illarum fuerit capacitas ultra duas & infra tres metretas. Dicitur autem metreta *ἀπὸ τῆς μετρήσεως* à metiendo, & ostendit Budæus metretam & cadum eandem esse mensuram: à cado procul dubio venit germanicum, *Rübel* / continens congios 10. *vnser Maß achthalb Stübichen* / sicut & germanicum *Etmer* est ab Amphora, quæ continet 64. Cantharos. Diversa autem vini, in his hydiis facti, mensura à diversis ponitur. Chemnitio Christi *γαμήλιον* est secundum nostram mensuram: 110. *Stübichen* / h. e. fermè, *sechs Etmer oder drey Dym Wein* / Melanchthoni est, *ein halb Fuder* / Nahumio quinq; omæ & 32. mensuræ. Piscator ex duabus metretis colligit: 18. omas Argent. ex tribus verò metretis ponit omas Argent. 27. Osiander ponit mensuras 360. Wurtembergenses, recentiores ex tribus metretis faciunt *neun Etmer*. Dn. autem Hunnius licet in methodo concionandi dicat, sex illas hydias

drias habuisse, quatuor vini urnas cum dimidia, attamen in cap. Joh. 2. rectè statuit ut de hydriis ita etiam de mensuris certi quidpiam pronunciarum non posse, quia ista omnia, inquit, cum ipso usu intercederunt.

Veteres Geometria studiosi.

¶ I. Veteres studiosos admodum fuisse Geometriæ, unde Romæ in Capitolio fuit amphora lapidea quadrata, ut certitudo mensuræ maneret, nec caupones eam corrumpere, sicut apud nos in multis oppidis medimnus saxeus collocatus est in foro (hinc Magdeburgi æneus in curiâ reperitur & medimnus, & cantharus, nec non ulna, quibus inulto aliquo signo civium mensuræ notantur) quod est utile consilium, ut maneat certitudo mensuræ, & omnis abrasionis vel præcisionis suspicio tollatur, inquit Phil. Melant.

Simus liberales erga Neonymphos.

¶ II. Observa liberalitati erga Neonymphos meritò studendum, cum *γαμήλιον* Christi Servatoris admodum liberale hinc reperiamus. Denn wenns nur acht Eimer gewesen / vnd aber der Eimer gerechnet wird nur zu 9. Thaler / worumb ein schlechter Francke Wein bezahlet wird / so ist das fact 54. Thaler / werens aber / nach dem grössern Anschlag 9. Eimer / so machte die Summ 81. Thaler / En tibi insignem Domini liberalitatem. Simus itaque & nos grati erga invitantes & lautius nos tractantes, quia *χειρ χειρῶν ἰππεῖ καὶ χεῖρὶς χεῖρῶν τίπτει*, manus manum lavat & gratia gratiam parit, contra verò:

Ecquis amore suo posset completior illum,

Munera qui gaudet prendere, nulla dare.

Dicit Ministris implete hydrias aquâ.] Poterat Christus, ut omnipotens Dei filius, etiam sine ministerio famulorum & aquâ implere hydrias & vino, placuit autem illi, & ministris uti, & aquâ, cur prius? Chrysothomus respondet in infecuram rei certitudinem, cum ministri potuerint testari, se non vinum sed aquam hausisse & hydriis infudisse, hinc absoluto etiam miraculo, non Apostoli sed hi Ministri hauriunt & Architriclino offerunt, ist also kein Verdacht dabey: Cur autem aqua usus est Christus? cur ex nihilo vinum non produxit?

Factum hoc. I. ob rei evidentiam, nam ex nihilo substantiam facere mirabilis quidem est, sed non ita videtur credibile multis, quam si substantia in aliam mutetur qualitatem, facilius enim hoc multitudini persuaderi potest, Cur Christus aquâ usus.

hom. 21. in Joh. II. Ob divinam Christi potentiam: Elementorum enim transmutare naturam solius DEI est, & nemo potest mutare naturam, nisi qui est Dominus naturæ, Ambros. Serm. 19. & plus est natu-

nam permutare, quam facere novam materiam, Tertull. l. de carne Christi p. 26. Ist ein gut Püncklein wider vnser Alchimisten vnd Goldmacher/de quibus ipse Avicenna: *Valeant Alchimista, non possunt mutari rerum species.* Equidem multa alia Christus miracula in diebus carnis edidit, cæcis reddendo visum, surdis auditum, ægrotis sanitatem, &c. Sed in his omnibus natura saltem correctæ & quasi emendata est: Ut autem sciremus Christum posse non modo naturam corrigere, sed & essentialiter immutare, talibus usus Dominus est miraculis, & in Ministerii principio & in fine, quibus natura immutata, hîc aqua mutatur in vinum, tempore passionis autem Sol in novilunio obscuratur, non sine in signi naturæ inversione. III. Aquam in vinum mutare voluit Christus: Ob officii præcellentiam, Phariseorum enim doctrina quid aliud erat, quam aqua turbida, quæ per Christum in lætitiæ vinum conversa, ut enim vinum exhilarat, calefacit, nutrit: Ita etiam Christi doctrina exhilarat annunciando veniam, calefacit urgendo pœnitentiam, nutrit afferendo sitientibus gratiam. Moses ab initio officii sui aquam mutavit in cruorem, Exod. 4. terribile hoc erat & legi conveniens: Christus autem sub initium Ministerii sui aquam mutat, non in sanguinem, sed in vinum, quod miraculum gratiæ & Evangelio convenientius est. IV. Aquâ hîc Christus usus est ob consuetam Dei in natura operationem, *is enim fecit illo die vinum in hydriis, qui omni anno hoc facit in vitibus, sed hoc assiduitate amisit admirationem,* August. tract. 8. in Joh. Juliano Perfidem intrante, situla aquæ plena in domo cujusdam Christianæ mulieris ubertim vinum fudit, aquâ commutata, quod signum fuit mutationis rerum in melius, decedente paulo post Tyranno, Cedren. in comp. hist. p. 253. idem & hîc innuebatur. V. Putant nonnulli Christum hîc aquâ usum, in duorum Sacramentorum N. T. figuram, cum aqua prius; Baptisimum scilicet, vinum autem posterius, h. e. cœnam præfiguravit Sacramentum: *Quod enim aqua novo ordine in vinum sunt mutata novi nobis poculi prælibatum est Sacramentum,* ait Maximus Taurinens. VI. Ambros. l. 6. in Lucam applicat hæc ad nostram resurrectionem dicens: *Credendum est mortalem hominem in immortalitatem posse converti, quando vilis substantia, in preciosam conversa est substantiam, hoc signum totum utiq; resurrectionis mysterium continet.* ¶ Observemus ergo hîc, I. Jucundam Ministerii Ecclesiastici imaginem, non enim Ministri sunt, qui vinum in aquam vertunt, sed lympham afferunt & hydriis infundunt, filius autem Dei

Imago ministrarii factis jucundo.

tem Dei astans est, cujus potentiâ aqua in vinum vertitur: Ita vox Evangelii, claves, baptisumus, coena Domini non sunt ministrorum sed Christi, qui Spiritu suo ministerio adest, docet intus, remittit peccata, baptizat, porrigit corpus & sanguinem suum manu ministri: aliàs dici solet: *Lass mich fochen / trag du Wasser zu* / ita etiam fit & in his nuptiis & in Ministerio: Nos aquam afferimus, Christus per nostrum Ministerium efficax est & incrementum largitur, 1. Cor. 3. sumus ergò in vocatione diligentes in exequendo Christi mandato prompti, impleamus officii partes ad summum usq; imò oremus ut Christus laboribus nostris benedicat & aquam in vinum vertat, nec labor in Domino noster inanis erit, 1. Cor. 15. ¶ Observ. II. Admirandam consuetudinem Dei nostri gloriosi, qui non rarò majestatem suam, per inusitata, insolita, & naturæ ac rationi prorsus contraria media, demonstrat. Sic Christus hic aquam afferri jubet, cum desit vinum: sic Elisa aquas illas noxias sale corrigit, præter omnem naturam, 2. Reg. 2. v. 22. sic cæco nato oculos Christus replet luto & sputo, *da es doch heisst: Nicht und nichts ist in die Augen gut* / Joh. 9. sic surdo auditum restituit aures ejus digito obstruendo, & muto loquelam, salivam, quæ aliàs linguam tardat & impedit, ori applicando, Marc. 7. v. 33. Sic & nobis multoties medetur per contraria prorsus & media & remedia adeò, ut res eas, quas perniciosas putabamus, salutis nostræ profuisse non rarò experiamur, juxta illud Hiskiz: Ecce quæ videbantur acerbissima, conversa sunt mihi in pacem, Esa. 38. v. 17. *Des Herrn Rath ist wunderbar / aber seine Hand führets herrlich hinauf* / Esa. 28.

Dei ut plurimum per contraria agit.

Et repleverunt eas ad suprema labra.] Ministri ex Mariæ consilio didicerunt obedientiam esse optimam reverentiam, ideo in mandatum non inquirunt, non rident, non murmurant, non tergiversantur, sed ad summum replent, hydriam non unam, sed omnes, cumq; jam convivæ inebriati, h. e. liberalius exsaturati fuerint, non omne hoc vinum potuit absumi, sed ideo in tanta copia Christus illud fecit, ut residuum, sicut postea in miraculo panum fecit, ad memoriam & testimonium miraculi servari posset, & quia in loco publico hydriæ illæ stabant, sine dubio etiam alii, qui nuptiis non interfuerant, postea æcurrerunt, vinum gustarunt, miraculumq; passim divulgaverunt. ¶ Observa hic, I. figmentum Papistarum, qui fingunt, vini hujus Cananæ portionem Aureliam Galliz deportatam & ibi in hodiernum usq;

Ficta vini Cananæ reliquia.

diem

diem asservatam, Piccard. in apiario, p. 1. c. 11. verum ut se habent hydriz
 Papistarum, idem de hoc sentimus vino, & melius erit ac utilius pro fi-
 ctis his reliquiis observare verba Dn. Philippi: Novi Sponsi potuerunt
 reservare aliquid ex tanto munere, ad Oeconomiam instituendam, non
 enim exhaustum omne fuit in convivio nuptiali, *Nos germani profundimus
 dona Dei & bestialiter haurimus vina, etsi bestia non bibunt amplius, quam
 natura convenit!* Mancher hat an seiner Hochzeit sein leblang gnugsam zu
 bezahlen/te. ¶ Observ. II. Vinopolas malè vasa vinaria aquâ implere
 ad summum usq; juxta exemplum horum ministrorum, quod enim
 hi ex mandato Christi palam faciunt, hoc ab illis contra 7. præceptum
 fit clanculum, & pulchrè dicit Cyprian. ep. 63. *Quam perversum est, quam-
 que contrarium, ut cum Dominus in nuptiis de aqua vinum fecerit, nos de vino
 aquam faciamus?* sed Dominus ille, qui olim ὁ θεὸς φερον vidit, licet Hiero-
 solymitanis longè abesset, Luc. 22. v. 10. Is adhuc patentes habet oculos,
 wenn sich mancher mit dem Wasser Krug verirret / vnd kömpt damit in
 den Keller / vbers Bier oder Weinfass / doers doch billich in die Kuch tra-
 gen solte / hoc procul dubio videt & observat is, de quò Prudentius:

Speculator adest desuper,

Qui nos diebus omnibus,

Actusq; nostros prospicit,

A luce prima in vesperam,

Hic testis hic est arbiter,

Hic intuetur quicquid est

Humana quod mens concipit,

Hunc nemo fallat judicem.

Haurite nunc & ferte Architriclino.] Quis & quid Ar-
 chitriclinus? 1. Reg. 9. v. 23. fit mentio cujusdam, qui Thabach seu coquus
 dicitur: Esth. 1. v. 8. vocatur Rab: Græci Jerem. 52. v. 12. reddiderunt
 ἀρχιμαγειρον alias μαρσάλ, Marschal / Speismeister / Küchenmei-
 ster / cujus officium fuit ad convivium pertinentia parare, proponere,
 disponere cibos, cumprimis verò attendere, ne quis præter volunta-
 tem poculis gravaretur, fuit splendidum & plenum dignitatis officium, cui
 præerat vir sobrius, juxta Chrylost. hom. 21. in Joh. de sacerdotali ordine,
 juxta Gaudentium Episc. Brixien. tract. 2. de lection. Ev. in ord. 9. cu-
 jus jussu omnia ordinatè fiebant & composité, stabat ad benedicendum & ad o-
 stendendum, qualiter deberet quisq; procedere secundum leorem & statuta Se-
 niorum

*Perversus mi-
 raculi hysto-
 rias.*

niorum, Lyra, attendere etiam, ne hilaritas nuptialis degeneraret in beluinam ebrietatem, Alcuin. Grammaticemur non nihil: ὁ τρικλινον est ex τριῶν vel τριῶν & ἡ κλίνη, lectus in quo reclinare, recumbere & decumbere vel etiam erecti sedere possumus, ἀκλίνω reclino vel inclino, non enim veteres sedebant sed discumbebant ad mensas. Triclinium itaque est mensa tribus lecticis vel scamnis instructa, ein Tisch mit dreyen Bäncken oder Bettlein / quia tres possunt colloqui, possunt se invicem intueri & sermones permutare suaviores, tria itaq; latera alicujus mensæ tres ita occupabant, ut quartum latus vacuum esset pro famulo vel ministro, da konte ein Hauptknecht hintreten / vnd einem jeglichen sein Trüncklein sein frisch einschnecken / certum enim est dictum illud: qui servat ordinem ad mensam, is etiam servat ordinem in laboribus, Wer sich nicht recht zu Tisch schicket / der schicket sich auch nimmermehr recht zur Arbeit. In Germania in unam mensam contruduntur ut plurimum duodecim vel etiam plures, & alter susurrat cum altero, non aliter quàm si proderent se mutuo, contra veteres dicebant: Tres convivium, novem convitium. Item: infra numerum Gratiarum & supra numerum Musarum, non fit numerus convivarum, Vnter drey vnd vber neun / sollen keine Gäste seyn / Philip. Melanth. Sternebantur triclinia pellibus hœdinis, teste Cicerone pro Murena, Plautus biclinium vocat mensam minusculam, ad quam duo tantum, adolescens scilicet cum amica, decumbebant, ein kleines Tischlein vor zweene Lieblichen / die wol auff einer Salzmess sich behelffen können / postmodum autem triclinium dictus est per synecdochen omnis locus, in quo convivia celebrabantur. Offeritur itaq; Architriclino præ aliis novum vinum, quia (1.) ipse erat sobrius & cæteris largiùs bibentibus, abstemius quasi, quia (2.) saporum ille peritus erat, quia (3.) defectus illi præ omnibus notus erat, quia (4.) ipse nuptiarum erat præfectus, si itaq; vel hospites, vel Sponsus, vel ministri priùs vinum gustassent, suspicio fuisset, aliunde vinum, jubente & procurante Architriclino, fuisse allatum. Gustat ergò noster οὐνεως vinum ex aqua factum, illudq; preciosissimum sentit ac generosissimum fecit enim Christus aquam vinum, nec simpliciter vinum, sed vinum optimum, cum ejusmodi Christi sint miracula, ut naturaliter perfectis longe pulchriora melioraq; reddantur, Chrysoft. Serm. 137. & generale est, in omnibus Christi miraculis, quod terminantur ad aliquid melius, quàm per naturam fieri potuissent, ajunt Scholastici, Der newe Truncck zündert dem Marschallen auff der Zungen / es ist ein Wein de bono, ein vinum

vinum C. O. S. ohne Schmier vnd Rauch / mitgehörig in Scholz Salet-
nitana versus:

Si bona vinacupis, quinq; F. laudantur in illis:

Fortia, formosa, & fragrantia, frigida, frigida.

Vinum *Thasium* odoriferum est, bene spirans *Lesbium* est, suave *Creticum*, dulce *Syracusum*, & ut de *Rhenano* quidam dixit:

Vinum Rhenense decus est & gloria mensa,

Sed Magdurgense inter vina austerarecense.

At de vino *Cananeo* longè rectius hoc dixeris, *mensa scilicet & gloriam & decus* illud fuisse. Quando autem conversa sit aqua in vinum, an inter hauriendum, an in amphoris & cadis? frustra quaeritur, sufficit nobis π certissimum & ex *Sponsi*, & ex *Ministrorum*, & ex *Architriclini* testimonio, in ore autem duorum vel trium omne verbum consistit, Deut.

Transsubstantiatio Papistica.

19. ¶ Observa hîc hodiernum miraculum nihil facere ad transsubstantiationem Papisticam, nam licet Stapletonus hîc ita discurrat: *Si Christus hic solo natu & solâ voluntate, nullis prolatis verbis vel significantibus vel operatoriis, nullo adhibito contactu, nulla benedictione, nulla gratiarum actione, nulla ceremonia premissa, convertit aquam in vinum, quare Hæretici non credunt, quod tota credit Ecclesia, Christum scilicet tot verbis, tot ceremoniis, tantaq; & tam clara asseveratione panem in corpus suum vertisse, &c. in Cath. Prompt. §. 4. ad hanc Dom. Licet etiam Grodicius Conc. quadrip. 2. dicat, Christum in his nuptiis medicamentum quasi ante morbum preparasse & simile quid premisisse, ne impossibilis videretur transsubstantiatio in Eucharistia, sicut conceptio sterilis *Elisabethæ* sit premissa conceptioni virginis, &c. Imò licet nostri etiam *Magdurgenses* Cent. 12. Col. 837. referant, *Cluniacensem*, inter alia, Transsubstantiationem similiter probare voluisse ex hodierno miraculo, cum Christus aquam in vinum POTVERIT mutare, quo innuatur etiam mutationem panis in corpus non esse impossibilem: Tandem, licet Papistæ ex hodierno miraculo quasdam pro transsubstantiatione adducant rationculas, quales sunt: Ut hîc (1.) reperiat non aqua sed vinum, sic etiam in cena post consecrationem non panem & vinum, sed Christi corpus & sanguinem adesse. Ut hîc (2.) dicatur, *Architriclinum* gustasse AQUAM, quæ tamen aqua non fuerit, sic licet Eucharistia dicatur fractio panis, panem tamen ibi non adesse, sed nomen tantum originis retinere. Si hîc (3.) credimus *Architriclino* cujus gustus falli queat, cur non multò magis credamus verbis Christi infallibilibus? &c. Attamen*

hæc o-

hæc omnia (ut Magdeburgenses dicto loco rectè monent) quid aliud sunt, quam *Bombus verborum perridiculus*? Tametsi enim tota Romana Ecclesia panis & vini in Mîssa *μετσίαν* credat, Nos tamen (ignoscat Stapletonus) credere non possumus, quia hîc (1.) quæritur, non de *μετσίαν* possibilitate, sed de Testatoris Christi voluntate. Fidem (2.) verbis Christi non negamus, scimus tamen Dominum dixisse, non: Hoc FIT corpus meum, *sed hoc est corpus meum*, particula autem *est* non denotat substantialem rerum mutationem, ut testantur locutiones: *Germen Davidis est Iehova*, Jerem. 23. *Genitum ex Maria filius est Altissimi*, Luc. 1. *Verbum est caro factum*, Johan. 1. Christum (3.) in cœnæ institutione & verbis & ceremoniis usum legimus, CLARAM autem de transubstantiatione ASSEVERATIONEM nullibi legimus. Quod panis, (4.) cum à D. Paulo, post consecrationem etiam, panis nominatur, 1. Coriath. II. v. 16. NOMEN tantum ORIGINIS retineat, hoc falsum est, cum Apostolus expressè alibi doceat, illum panem non esse ipsum essentialiter corpus, sed *κοινωνίαν* corporis, 1. Cor. 10. v. 16. communicatio autem ad minimum est inter duos, nec *κοινωνία* locum habere potest inter rem unam existentem & alteram non existentem. In omni (5.) Sacramento res terrena requiritur, ergò hîc etiam retinenda, nec juvat Papistas illa hodierni Evangelii locutio: *Architriclinus gustavit aquam*, quia statim additur: *Qua facta fuerat vinum*, panem autem in Eucharistia similitè FACTUM Christi corpus, hoc nullibi dicit institutio. Tandem (6.) absurdum est & contra rationem accidentia sola sine subjecto remanere, cum accidentis sit ineffe. Objiciunt quidem ex aqua fieri *Chrystallum lapidem*, ex silice *vitrum*, ex vino *acetum*, ex nubibus *grandines, nives & pluvias*, ubi tamen accidentia remaneant, forma scilicet vel species aquæ in Chrystallo, silicis in vitro, nubium in nive pluvia, grandine. Sed certum tamen est in his omnibus reperiri *mutationem unius in aliud*, talem autem mutationem in cœna etiam fieri nunquam dicemus, quia Christus nunquam dixit.

Omnis homo primum.] *Καλὸν δῖνον*, hoc est, *κρείττον* seu melius, subjungitur enim *ἐλάσσω* viliori. Architriclinum itaque nostrum cum odor transfusus inebriet, cum color mutatus ipsum informet, cumq; fidem sapor haustus cumulet, hinc meliorem sentit naturam vini mutati, quam nati, expostulat itaq; cum Sponso & urget morem Judæis consuetum, dicit omnem hominem *prudenter*, juxta Lyranum, 4-

Ebriofis hic se
excusare non
possunt.

num, *agentem*, primò vinum dare præstantiùs, quia tunc sensus vivax est, & potest discernere vini bonitatem, cum autem inebriati fuerint convivæ, in græco: *μεθύουσιν*, Si vini vim senserint, si vini potu satiati, phrasi Hebræâ, & exhilarati fuerint, tunc offert vir prudens vilius, lenius, minus forte, & quod minimum est, ut Syrus addit. ¶ Observa itaque I. Ebriosos & securos Bacchi filios hîc nullum habere prætextum, licet enim illi ex verbis Architriclini libenter colligerent harum nuptiarum convivæ fuisse inebriatos, id quod ipse CHRISTUS non modo non improbarit, sed amplissimo potius vini dono approbarit, &c. Nos tamen his respondemus, personas (1.) harum nuptiarum describi omnes, non ut ebrios, sed ut *sobrios*, sobrios in verbis, sobrios in judicio, talis Maria, talis CHRISTUS, talis Sponsus, talis Architriclinus, tales ministri. Loquitur (2.) ergò Architriclinus non de convivis harum nuptiarum, sed ex communi, vulgari & generali hominum consuetudine. Ad hæc (3.) verbum *μεθύουσιν* non semper significat illam plusquam beluinam vini ingurgitationem, sed liberaliorem saltem ejus usum, quo cor exhilaratur phrasi hebræâ satis usitatâ. Habent enim Ebræi tria vocabula ebrietatem notantia, videlicet סָבַע Saβa, סָכַר Sachar & רָוַח Ravah. Saturitatem in cibo vocant סָבַע Saβa, ebrietatem vero סָכַר Sachar utramque ut plurimum ingurgitationem vitiosam significat, nisi quod *Sachar* aliquando usurpatur de potatione hilariori, quemadmodum Joseph cum fratribus inebriabatur, Gen. 34. v. 33. Et Hag. 1. v. 6. maledictio est, bibere, non ad ebrietatem, comedere non ad saturitatem, ubi intelligitur, ebrietatem sic opponi potui, sicut esca opponitur saturitas, saturitas autem in vitio non est, ergò nec omnis ebrietas. *Ravah* verò significat irrigationem liberaliorem, qua non modo sitis restinguitur, sed & hilaritas excitatur, Psal. 36. v. 19. *inebriabuntur* pinguedine domus Dei. Prov. 7. v. 18. amoribus *inebriemur*. Jerem. 31. v. 14. *inebriabo* animam Sacerdotis adipe. Psal. 23. v. 5. calix meus *inebrians*, &c. Qua voce רָוַח Ravah cum Syrus utatur, utiq; vitiosa ebrietas hîc non describitur, sed decens potius hilaritas. Audiant itaq; Ebriosi verè hoc loco scripturas ignorantes *Esaiam* dicentem: Væ consurgentibus ad bibendum, Esa. 5. v. 11. audiant *Habacucum*: Væ ei qui præbet socio suo, ut ejus aspiciat turpitudinem. Audiant *Christum*: Cavete ne corda vestra crapulâ graventur, Luc. 21. Audiant *Paulum*: non inebriemini vino, in quo

ἀσωτία, Ephes. 5. audiant *Chrysoſtomum* : Quid ebrietate miserabilius ?
 Ebrius mortuus est animatus : dæmon est voluntarius : morbus veniam non ha-
 bens : ruina excusatione carens, commune generis nostri opprobrium, &c. Tria
 ergo pocula, juxta *Athenæum*, sunt concessa, quartum autem averfan-
 dum, poculum necessitatis, *Syr.* 31. v. 32. poculum sanitatis, *I. Tim.* 5. v. 23. po-
 culum hilaritatis, *Eccles.* 9. v. 7. quartum poculum furoris est & insanix,
Ose. 7. v. 5. ¶ II. Observa pulchrè ab *Architriclino* hinc depingi na-
 turam & Mundi & Diaboli. *Mundana prudentia prius docet homines blanda,*
deinde subdit inutilla & inhonestæ, *gloss.* interlin. mundus à fronte omnia
 bona promittit, omnia prospera pollicetur, in recessu autem nihil nisi
 ægri tudines, afflictiones & calamitates nobis relinquit. *Es heist bey Ihy :*

*Mundus primo
 bonum vinum
 ponit, & postea
 deterius.*

Post Süssum Saurum / nocet empta dolore voluptas,

Post Süssum Saurum / post vinum bibito laurum.

*Dæmon etiam, tanquam subdolanus mercator, si quid in suis suggestioni-
 bus habet dulce aut preciosum initio statim conspicendum atq; degustandum
 proponit, quod verò acerbum & amarum est, servat in posterum, atq; hac fallendi
 arte multos illaqueat, siquidem natura nostra voluptas est avidissima & tristi-
 tia fugax, Granat. Aber Gott kehrets vmb / vinum legis sequitur dulce
 Evangelii merum : tentationem sequitur liberatio : humilitatem exal-
 tatio : crucem & calamitates æterna salvatio, &c.*

Hoc est primum signum.] τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων, *princi-
 pium fecit miraculorum, subintelligunt nonnulli publicorum, vel post Bap-
 tismum editorum, ut ita locus detur aliis signis, quæ Christus ante annum
 30. ediderit, unde Scholastici hoc signum pro primo agnoscunt, non
 ratione temporis, sed ratione loci, cum addatur primum Cana signum : sed
 rectius intelligitur principium omnium miraculorum, quia statim in-
 secutus Christi Baptismus est, ante quem nullum miraculum editum.
 Hinc Tertull. l. de baptismo c. 9. Christus primæ rudimenta potestatis suæ
 aqua auspiciatur, & Hieron. Epl. 83. ad Oceanum : ante tentationem Domi-
 nus miraculum nullum edidit, sed primum signum ex aquis fecit. Addit autem
 Evangelista Christum hoc signo manifestasse gloriam suam, quæ illa e-
 rat gloria? gloria (1.) clementiæ, cum non dedignatus sit formam servi accipere,
 neq; dedignatus ad nuptias venire servorum, Chryf. hom. 21. in Joh. hinc :
 ludit in humanis divina potentia rebus. Gloria (2.) Sapientiæ, quia desperan-
 tibus ferè matre, Sponso, Architriclino & omnibus aliis, ipse succurrit,
 ut Adjutor in opportunitatibus, Psal. 9. Gloria (3.) potentia, quod sit*

*Quam gloriam
 Christus mani-
 festavit.*

Liber de miraculis infantia Christi suppositivum.


verus & æternus Deus, vocat enim ea quæ non sunt, ut sint, Roman. 4. hinc Sedulius: *Novum genus potentia, vino rubescunt hydria, &c.* ¶ Observa hic, falsum esse & suppositivum illum *librum*, qui olim de infantia Christi miraculis egit, & illi nescio quos masculos ex luto factos ambulantes, nec non aves ex cera fabrefactas avolantes assignavit, quem *librum* spurium aliquando etiam commendasse videtur S. Hieronymus, cum eum à quopiam Manichæo corruptum conqueritur, innuit etiam Epiphanius Græcorum Theologos in suis versibus celebrasse *infantia Christi miracula*. Sed ut talia rejecta sunt sub ipso Papatu, videlicet, Dist. 15. c. sancta Romana, §. Quibus pauca; sic nos etiam rejicimus, & in verbi patefacti terminis perseverantes dicimus: *Quod specimen futuri sui officii ediderit docendo puer Iesus (Luc. 2.) hoc credimus, quia legimus, de miraculis autem ante 30. annum editis, ut nihil legimus, sic nec asseveramus nec credimus*, Hieron. ad Helvvid.

Et discipuli ejus crediderunt. ¶ Hoc est, Lyrano interprete, ante triduum primò vocati *per hoc in fide solidati sunt*, vel, ut Chrysoft. hom. 22. in Joh. exponit: *Crediderunt, quia antea tantum admirati eum fuerant*. Vel, quod vult Augustinus, crediderunt jam non priores Christi discipuli, *sed novi quidam*, qui hoc moti miraculo, *noviter ipsi adhæserunt*. At, qui fuerunt illi Novi? Domini certè fratres, quorum in frequentibus mentio fit, non crediderunt in eum Joh. 7. v. 5. imò Joh. 1. v. 41. cum de Andrea & aliis primis Christi discipulis dicatur, quod in eum crediderint, tutius erit de fide Apostolorum firmata & roborata hæc intelligere, unde Chemnitius distinctionem illam vulgarem, *inter credere Christum & credere in Christum* adhibet, antea quidem discipuli crediderant Christum esse Messiam, jam verò hoc miraculo moti, *credunt in Christum*, credunt doctrinam ejus divinam esse, imò credunt se per nomen ejus adepturos vitam æternam, hæc enim vera demum fides est, Joh. 20. v. 3. & cur jam non crederent in Dominum discipuli? uno certè & eodem signo multa & magna peragebantur; *sanctificabatur nuptia: maledictio mulierum, benedictio ortus nostri initio, destruebatur gloria Salvatoris quasi solis radius effulgebat: egenorum indigentia cessabat, &c.* Cyrill. l. 2. in Joh. c. 26. unde D. Ambrosius serm. 20. in die Epiph. hodiernum miraculum cum fide Apostolorum pulchrè confert, dicens: *Quam benè potentiam Domini sequitur devotio servulorum, & quod Magister docet opere, discipuli subscribunt corde, & ut aqua in vinum versa*

versa sapore, rubore, & calore cernitur: ita in discipulis quod erat insulsum, accepit saporem: quod erat pallens, gratia sumsit colorem: quod frigidum erat, incaluit immortalitatis ardore, & dum discipuli mirantur aquam in vinum mutatam, ipsi subito mutati sunt & conversi, ex vili scilicet gentilium superstitione in preciosam credentium devoionem. ¶ Ageremus hic, nisi alibi esset actum, *Per miracula de Miraculis, præsertim cum Pontificius Bartscius tom. 2. p. 275. ex clausula hodierni Evangelii tale quid colligat: Vnicuiq; Doctori, qui religionis formam, quam invenit (ut scilicet Lutherani invenerunt Pontificiam) proficetur innovandam, Necessaria est miraculorum operatio. Sed probet hoc Papicola, vel occinemus ei Regulam: Per miracula non probantur oracula. Dicemus ei, cæcos esse Papiſtas, præ-Christi discipulis, qui viso uno signo statim crediderunt, illi visis tot beneficiorum mirabilibus adhuc dubitant. Dicemus ei: Miraculis opus erat priusquam crederet mundus, ad hoc ut crederet mundus: quisquis autem adhuc prodigia inquit ut credat, magnum ipse prodigium est, cum toto mundo credente non credat, August. l. 22. de civ. D. c. 8.*

Dominica III. post Epiphanian:

Evangelium, Matth. 8.

 Um descendisset autem de monte, sequuta sunt eum turba multa. Et ecce leprosus accedens, adoravit eum dicens: Domine si velis, potes me mundare: Protens aq; manu tetigit illum Jesus dicens: Volo mundus esto. Ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Jesus: Vide ne cui dixeris. Sed abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer